


[redacted]

2 - 88

INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA TURICENS

INDE

A DIE XXIII. MENSIS APRILIS

USQUE

AD DIEM XXV. MENSIS SEPTEMBRIS M. DCCC. XXXVI

HABENDARUM.

INSUNT

I. ANALECTA HORATIANA. II. ANALECTA EPIGRAPHICA.

SCRIPSIT

Io. Casp. Orellius.

TURICI

EX OFFICINA ULRICHIANA.

M. DCCC. XXXVIII.

I. ANALECTA HORATIANA.

Pergratum profecto mihi fuit iudicium, quod de Horatio a me edito fecit G fredus Bernhardy, egregius philologus: totum enim ex sincero consilio poëtae κρίσιν et interpretationem pro virili parte adiuvandi profectum esse video. autem quid magis probare et ultro agnoscere debeo, quam quaecunque ab aliis feruntur ad corrigenda ea, quae his illisve Codicum auxiliis fretus in quibus scriptoribus tentavi?

Memini F. A. Wolfium mihi dicere, „duodecim circiter „nodos" sive „cr interpretum" esse in Horatio"; ego quidem hunc numerum duplicandum saltem et praeterea adiungendos haud paucos locos minus difficiles, de quorum tamen lectione semper varias sententias proferent certabuntque Critici. Fit etiam, qui Horatium quotannis in scholis interpretamur, post certum annorum nume quibusdam lectionibus adeo assuescamus, ut etiam validis rationibus, quibus vel in codicibus nunc primum inventae vel diu iam notae defenduntur, diffic demoveamur ab ea, quam semel amplexi sumus, et lectione et interpretatione. in his Analectis simpliciter et sine ulla certandi cupiditate scriptis partim signifi quibus locis praeferam nunc Bernhardyi rationes, quibus nondum mihi persua abeundum esse vel a lectione recepta vel ab explicatione proposita: de nonn aliis accuratiori examini reservatis nunc tacui. Totam meam κρίσιν Horatianam hoc vocabulo utar, *conservativam* recte dixit Bernhardy: et hanc solam ve esse etiamnunc mihi persuasum est. Verum alias edita opera totum hoc caput tractabo.

Praeterea, quae partim post primum volumen et secundi folia circiter absoluta collegi, partim prius collecta, ne nimis cresceret liber, ibi interdum in omittere debueram, hic cum lectoribus communico.

Omnibus puto notum esse multas sententias, imagines, exempla, praesertin Satiris et Epistolis, elegantissime expressa ab Horatio reperiri etiam apud posteri philosophos et sophistas, adeo ut nonnulli suspicati sint, Arrianum, Lucianum, ximum Tyrium, alios illas legisse atque imitatos esse; quo nihil sane minus est babile; semel tantum Plutarchus in Luculli vita memorat Horatium. Verum

ocorum communium et exemplorum quaedam quasi *παράδοσις* per philosophorum c rhetorum scholas propagata, ex qua omnes hauriebant; ita ut easdem sententias nodo novis coloribus ornatas et expolitas, modo pingui Minerva repetitas in scriptis uis alicubi velut lege hac de re lata collocarent. In hac autem *παραδόσει* Horatius quoque, ex quo tempore Athenis in litterarum studia incubuerat, et crebra ostea Socraticorum, Stoicorum, Epicureorum lectione usus, habitabat. Plura huius eneris significavi in hac scriptiuncula (etsi totum genus nondum exhaustum esse video), uo clarius fortasse, quam antea factum est, haec pars philosophiae Horatianae illustraretur. Non enim in his est fortuita dumtaxat verborum, et, si vis, etiam sententiarum similitudo, sed certa et constans quaedam forma vitae disciplinaeque illius antiquae, quam innovarunt vel dicam deformaverunt magistri Iudaei et Christiani inde a 'hilone, Iustino, Clemente Alexandrino, Tertulliano, quam tamen intellexisse nostra efert, ut quae humanae naturae longe convenientior sit.

LIB. I. OD. I. 1. v. 4. *Collegisse*] Cfr. Sat. 1, 4, 31. Simonides in Epinicio apud chneidev. Eustath. p. 61: *Κονία δὲ παρὰ τρόχον Μεταμώνιος ἀέρθη.* Ceterum fusam victorum et his faventium laetitiam atque exsultationem egregie describit)io Chrysost. Or. 9. p. 292. R.

Ibid. v. 11. *findere*] Alterius lectionis *scindere* quae sit auctoritas, non satis iquet: nam certam Codicis alicuius nondum repperi; quocirca sine dubio reficienda st. De aratro quidem v. *scindere* frequenter usurpatum esse demonstrant haec exempla: 'laut. Trin. 2, 4, 122: *Olim terra cum proscinditur, In quinto quoque sulco moiuntur boves.* Virg. Ge. 2, 399: *quotannis Terque quaterque solum scindendum.* bid. 3, 160. Seneca Troad. 1021: *centum Rura qui scindunt opulenta bubus.* *Finlere* de eadem re usurpat Pseudotibullus 3, 3, 12: *Arvaque si findant pinguia nille boves.* Aptius tamen est hoc v. de rastris et sarculis, ut sit, quod dixit Virilius Ge. 1, 94: *rastris glebas qui frangit inertes.*

Ibid. v. 17. In Curis novissimis Bentleius Acidalii coni. *tuta* firmare studuit)co Ovid. Trist. 4, 10, 39: *Et petere Aoniae suadebant tuta sorores Otia iudicio emper amata meo.*

Ibid. v. 29. *Me*] Cfr. Wolf. Anal. 2. p. 273., Leiste et Kiessling in Seebodii ırchiv. 1825. p. 476 et 481. cet. Des Fontaines legens *Te* interpretatus est: „Hederae abs te datae poetis te diis consociant." Quia inanem hanc coni. satis iam refutatam putabam, in Ed. actum agere nolui.

OD. II. v. 2. *rubente Dextera*] Audacius etiam Pind. Olymp. 11, 80: *πυρπάλαμον βέλος Ὀρσικτύπου Διός.*

Ibid. v. 34. *Iocus*] Hic proprie apponendus erat locus Plauti Bacch. 82, quem edi ad Od. 1, 33, 12.

Ibid. v. 36. *Respicis*] Adde exempla: Plaut. Bacch. 4, 3, 24: *Deus respiciet nos liquis.* Seneca Thyest. 439: *Respiciet deus Bene cogitata.*

Ibid. v. 39. *Mauri*] Cfr. Incerti Paneg. Max. et Const. Cap. 8: *ferocissimos Iauretaniae populos.* Quo exemplo rursus firmatur librorum lectio.

OD. III, v. 1. *potens Cypri*] Pind. Pith. 4, 213: *πότνια βελέων.* (Gaetulic Anthol. Pal. I. p. 88: *Ἀγχιάλου ῥηγμῖνος ἐπίσκοπε — Ἀφροδίτη καὶ θαλ Κύπροι, καὶ ἠϊόνων.)* Lucian. Amor. 11: *ἠρέμα τῇ γῇ προσηνέχθημεν c οἶμαι τῆς θεοῦ λιπαρᾷ γαλήνῃ πομποστολούσης τὰ σκάφος.*

Ibid. v. 5. *lucida sidera*] Eurip. Helen. 1495: *Μόλοιτέ ποθ' ἵππειον ἅρμ αἰθέρος ἱέμενοι Παῖδες Τυνδαρίδαι, Λαμπρῶν ἀστρων ὑπ' ἀέλλαισιν Οἳ ι οὐράνιοι.* In nummis supra utriusque caput stella expressa est. Millin Gal. T. 144. 526. 528. *Museo Borb.* Vol. IX. T. 56.

Ibid. v. 5. Bernhardy cum aliis interpungens *quae tibi creditum Debes Virg finibus Atticis, (:) Reddas incolumem, precor* v. *reddas* refert ad Virgilii in Ita reditum: nondum tamen mihi persuasit hanc esse Horatii mentem. Etenim un poetae optatum nunc est, ut amicus salvus Athenas perveniat: hunc autem parat cum bono deposito in nave illa, quae depositi custodiam per iter prae *(gewährleisten)* idque suo loco et tempore *(Athenis) reddere* debet. Et *Debes* et r ex sermone ICtorum petitum est.

Ibid. v. 11. *Commisit pelago ratem Primus*] Navigatio quomodo paullatim ab minibus inventa sit, egregie exponit Maximus Tyrius Diss. 12, 2. Cfr. etiam C dianum Praefat. ad Lib. I. de R. Proserp. Ed. Gesn. 2. p. 518.

Ibid. v. 18. *siccis oculis*] Cum semper reperiantur, qui in hoc *ἐπιθέτῳ* haere ut is qui nuper *invictis* proponendo rem acu tetigisse sibi visus est, agedum su addamus tres locos de lacrimis ab antiquis copiosius fortasse quam a nobis effundi soli Eurip. Hel. 950. Dind.: *Καίτοι λέγουσιν ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς Ἐν ξυμφορα δάκρυ ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν.* Caesar B. G. 1, 39. de suis militibus rumore, qu de incredibili Germanorum virtute acceperant, perterrefactis: *nonnulli pudore ducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant; hi neque voltum fingere ne interdum lacrimas tenere poterant.* Ovid. Fast. 3, 596: *Iactatur tumidas ex Phoenissa per undas, Humidaque opposita lumina veste tegit.*

Ibid. v. 20. *Infames scopulos Acroceraunia*] Similiter Tac. Hist. 2, 95: *infami Vaticani locis* (propter aërem pestilentem). Pacatus Paneg. Theod. 14: *famosa n fragiis maria.* Firmat *Acroceraunia* addubitatum ab Hofman Peerlkampio Servius Aen. 3, 506.

Ibid. v. 26. *Gens humana ruit per vetitum nefas*] Philosophus aliquis scholasti excogitasse videtur lect. Codd. Torrentii: *Mens humana. Ruit* autem *per vetitum ne* breviter et nove dictum pro: *ruit per vetitum* atque adeo *nefas* audet. Memor etiam poterat Peerlkampii suspicio: *ruit per vetitum (nefas!)* tamquam *παρενθύρο* exemplum. Duhamelii languidum illud *per vetitum et nefas* in suspectissimo suo C Sorbonae repperisse se dicit Valart.

Ibid. v. 30. *macies*] Imitatus est hos versus a Peerlkampio Horatio abiudica Seneca Oedip. 1059: *horridus morbi tremor Maciesque et atra pestis.*

Ibid. v. 38. *Caelum ipsum*] Eurip. Suppl. 218: *δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφ τεροι.* V. praeced. *ardui* etiam Cod. Franequeranus Lamb. Bosii.

OD. IV. v. 5. *Iam Cytherea*] Tibull. 2, 3, 3. itidem de tempore verno: *Ipsa mus laetos iam nunc migravit in agros.*

Ibid. v. 8. *Volcanus ardens urit officinas*] Volcanum *πυρίτην καὶ σπινθήρων ἀπλέων, οἷα δὴ καμινευτὴν* vocat Lucian. de Sacrif. 6., *ardentem deum* Claudian. , 3. Suidas: *Αἰθαλόεις θεός, ὁ Ἥφαιστος ὡς χαλκεύς.* Doederleinius Lect. Hor. . comparat Iliad. *σ*, 410: *Ἦ, καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη.* Quod tinet ad vi *urit* („igne a se accenso collustrat") proxime videtur accedere Eurip. oad. 308: *φῶς φέρε, σέβω, φλέγω -- λαμπάσι τόδ' ἱερόν* „facibus hoc templum collustro"; Pind. Olymp. 9, 21: *φίλαν πόλιν Μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς.* m Wadii, qui *versat* coniecit, librum nunquam viderim, ignoro, utrum attulerit ene Senecae illud Hippol. 190: *Et qui furentes semper Aetnaeis iugis Versat caminos.* Verum ne propterea quidem coni. illa et ab *urit* et a *visit* nimis recedens ullo odo probanda est; hoc tantum evincitur, eam Latinitati haud prorsus repugnare; magis *κύριον* est *versare caminos* quam *officinas*. Bernhardy de h. l. ita disputat: *In* 1, 4, 7. dum graves Cyclopum Volcanus ardens urit officinas, *ist Scaligers Benken, ob Vulcan in einer Schilderung des erwachenden Frühlings Platz habe und r Venus sich gesellen dürfe, bekannt und begründet: diess sollte um so weniger rschwiegen sein, als mehrere geistreiche Versuche zur Lösung der Frage vorliegen; ch reicht weder für* ardens *die gewohnte Erklärung aus,* flammis relucens, *noch für* it officinas *die Properzische Parallelstelle* Colchiacis urat aëna focis. Quod sufficiat, cet, sed spero suffecturos iam esse locos hic allatos. Iulii autem Caesaris Scaligeri tam *κρίσιν* Horatianam iam dudum refutatam et ab omnibus derelictam atque ex-osam ego putaram; falso quidem, nam nunc ex Critici verbis *(gegründet)* colli-re prope cogimur ab eo probari illius coniecturam *urget*. Ipse autem Scaliger id dicit inter ceteras huius carminis reprehensiones? Poëtic. L. VI. p. 882. Ed. rtiae apud P. Santandreanum 1586: „In quarta, *Volcanus urdens urit officinas.* urit caminos: deficerent enim. At non deficiunt. Et quaenam *machinae carinas* cas *trahunt?* In aqua sane fluitant. Quod si dicas hieme subductas deduci in are, neutiquam id machinis aut tractu fit, sed pulsu, phalis subiectis. Nec placet ithetum officinarum *graves*. Neque cohaeret tota ea pars parti, cui subest. Quid im Gratiis choros ducentibus cum marculis Cyclopum? An excusabis eo quod *άρις* est apud Homerum uxor Volcani? Oportet enim commento quopiam subvenire referre gratiam magnis viris. Melius *urget officinas*, quippe magistri est operas gere. Nec prudenter appellavit *exilem Plutoniam domum*, nihil quippe capacius. uid enim non potuit recipere? aut quid satur remisit, quod gravaret regnum? Atque eiusdemmodi sunt omnia, quae Scaliger pater effutivit in Horatium, quem parum telligebat, ut cum ei inter alia prorsus incredibilia consilium praebuit (pag. 886.) d. 2, 7, 11. longe melius futurum fuisse, si pro his scilicet absurdis:

Cum fracta virtus et minaces
Turpe solum tetigere mento:

ripsisset: *Cum fracta virtus insolenti* (aut *obstinato*)
Cedere non verita est furori:

et alia variatione

Oblita virtus, cum vetustum
Perdere non timuit pudorem,

et similia permulta per totum huius Hypercritici de Horatio iudicium, quae cum dicere vix audeam nugas et tricas, Italicae linguae suavissimis sonis appellar *folie e fandonie.*

Verum, quod sane dolendum est, ipsius Bentleii, viri summi, coniectura nullae et dubia et reprehensiones alium fontem non habuerunt quam Scaligeri et iniqua et inania: etsi, quae Britannus emendandi et corrigendi causa p semper fere acutiora sunt, non tamen veriora. Ceterum ex ipsius Scaligeri perspicies, ab eo non propterea reprehensum esse Horatium, quod Volcanum Venere, sed quod eundem cum Gratiis consociarit. Scite autem hoc, quale est, dubium solvit Scholiasta Vanderburgianus et notante iam Doeringio, Vos Virg. Georg. 1, 341. Vix recte Peerlkampius: „Leporem, qui est in absenti mariti, imitatus est Valerius Cato in Diris v. 169." (sive potius in Lydia v. 66 *quocum tenera garisa est ludere in herba, Purpureos flores quoties super accu Cypris, formoso supponens brachia collo, Tum credo fuerat Mavors distentus in Nam certe Volcanus opus faciebat et illi Tristi turpabat malas fuligine barba.* Quidem loco vv. *imitatus est* explicanda videntur v. „expressit"; nam poëta ille, q fuit, Horatium certe imitari non potuit, quippe qui antiquior fuerit. Sed de illo lepore nequaquam cogitavit Horatius. Hoc dicit: „Vere ineunte omnia veluti vitam accipiunt:" cuius rei primum affert imagines ex rerum natura petitas, greges ad pascua redeuntes, aratorem, pruinas liquefactas; deinde μυ Venerem cum Gratiis choros ducentem, Volcanum opus rursus facientem, „q Scholiasta ille, „vere fabricat fulmina Iovi, quae in aestate mittit"; et si Glareanus: „Cur hic Volcani fiat mentio, nullus Commentatorum explicat. Eg puto eius meminisse poëtam sub verni temporis descriptionem, ut Iovi fulmin aestatem; qui hieme, more hiemantium militum, in Olympo suo inclusu ceteris dis egregie potarit." — Egregiam Volcani in officina sua Thetidi scutum porrigentis imaginem habes in *Mus. Borbon.* Vol. X. Tab. 18.

Ibid. v. 16. *fabulaeque Manes*] Haec vv. sane ut nos accepit Seneca Troad *Taenara et aspero Regnum sub domino limen et obsidens Custos non facili C ostio, Rumores vacui verbaque inania Et par sollicito fabula somnio.*

Ibid. v. 17. *domus exilis Plutonia*] Sane est „sepulcrum", ut Anthol. Pal. II. *Ὅς σμικρὸν τώσδε τάφως ἐνεώσατο, τεῖχισε δ' Ἀ ι δ α ν κτλ.*

Od. V. v. 1. *in rosa*] Martial. 8, 87, 2: *Liber, in aeterna vivere digne rosa.*

Ibid. v. 2. *urget*] Utique de venere explicandum. Aristoph. Fr. 116. Dind. sc. p. 155: *Ὅστις ἐν ἡδυόσμοις στρώμασι παννυχίζων τὴν δέσποιναν ἐρε* Pomponius Bonon. ap. Bothe Poët. Com. p. 113: *Nescio quis* u r g e t *ellam, qua uxorem tuam.*

Ibid. v. 11. *aurae Fallacis*] Cic. Verr. Accus. 1, 13, 35: *sibi* a u r a m *pos buam afflare in hoc crimine* v o l u n t a t i s *eorum* cet.

OD. VI. vv. 1. 2. *Scriberis - - alite*] Ne in *pedestri* quidem *sermone*, quem dicit, Horatius ab hac constructione abhorruit: Epp. I, 1, 94: *curatus inaequali tonsore*. Ovid. Met. V, 80: *matrum celebrabere turba*. Ad prius utique exemplum applicari potest interpretatio Scaligeri, quam mihi indicavit Bernhardy: „*Diceris - - alite*", id est, „cum Varius sit poeta epicus", „qui locus Horatii male volgo magistrorum conceptus" (Castigg. in Propert. p. 270. Ed. 1607.), ad Ovidianum non item.

Ibid. v. 7. *Cursus duplicis - Ulixei*] Exemplis adde hoc: Dionys. Hal. Rhet. 11, 5: Ἕλλην Θετταλὸς διπλοῦς καὶ ποικίλος.

Ibid. v. 18. *Sectis unguibus*] In Curis novissimis Bentleius ipse suam coni. *trictis* improbavit.

OD. VII. v. 4. *Tempe*] Eurip. Troad. 214: Τὰν Πηνειοῦ σεμνὰν χώραν, Κρηπῖδ' Οὐλύμπου καλλίσταν, ὄλβῳ βρίθειν φάμαν ἤκουσ' Εὐθαλεῖ τ' εὐκαρπείᾳ.

Ibid. v. 7. *Undique*] Nostram de magno Atticarum fabularum numero ac varietate interpretationem firmat Lucianus de Saltat. 40., ubi pantomimum nosse debere ait, ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς - - καὶ ὅλως τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν μυθολογίαν· cuius cum satis multa capita memorasset, ita pergit: ταῦτα μὲν τῶν Ἀθηναίων ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων διῆλθον. Bernhardy: *Orelli's Erklärung findet sich nicht sonderlich mit Gesners einsichtiger Kritik über die Bentleysche Note ab; — — während im Zusammenhange des Ganzen vielmehr die mythenreiche Olive an der Stirn eines zur Ehre Athens gesungenen Werkes prangen muss.* Hoc dicit Gesnerus: „Fateor me malle scripsisse, ut dedit Erasmus: *Undique decerptae frondi praeponere olivam*; quam ut credere oportet libris, scripsisse Horatium: denique antiquam lectionem melius explicatam fuisse a Baxtero." (Ubicunque videt olivae folia, ea statim decerpit et fronti suae praeponit." Baxt.) Quam quidem interpretationem pedestri sermone Horatii imaginem παραφράζειν concedo, non vero explicare eiusdem proprium significatum.

Ibid. vv. 8. 9. *Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicit equis Argos*] Bernhardy: „*Hier ist* dicit *wegen des voraufgegangenen* sunt *beibehalten; wenn aber die Structur nothwendig* plurimus in Iunonis honorem, „*wer auf der Iuno Ruhm seine Kraft setzt*" *zu verknüpfen zwingt, thut man besser*, dicet, *das Zeichen etwaiger Fülle, mit Bentley vorzuziehen.*" Equidem semper construxi: *Plurimus dicit - - Argos in honorem Iunonis*, „Argos laudibus extollit, eo in primis fine, ut honoretur Iuno:" neque vero puto verba Latina admittere novam illam interpretationem.

Ibid. v. 10. *patiens Lacedaemon*] Dio Chrysost, Or. 25. p. 280. R.: Λυκούργου κελεύσαντος ἔτι νῦν μαστιγοῦνται Λακεδαιμόνιοι καὶ θυραυλοῦσι καὶ γυμνητεύουσι καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ χαλεπὰ δόξαντα ἂν ἑτέροις ἀνέχονται.

OD. IX. v. 16. *neque tu choreas*] Sic intelligendus etiam Iuven. 6, 172: *Parce, precor, Paean, et tu depone sagittas.*

Ibid. v. 21. *latentis*] Tibull. 1, 9, 44. de simili puellae ioco: *Et latuit clausas post adoperta fores.*

OD. X. v. 8. *Condere furto*] Hipponax apud Schneidev. Eustath. p. 49. ad Mercurium: Φωρῶν ἑταῖρε. In Rhesi v. 217. vocatur: φηλητῶν ἄναξ.

OD. XI. v. 1. *ne quaesieris*] *Quaerere, scrutari, στοχάζεσθαι* verba pro
de astrologis, quos Philostratus de vitis Soph. p. 480. Ol. vocat *μαρίας ἀστέ*
στοχαζομένους τοῦ ὄντος.

Ibid. v. 2. *Babylonios*] Adscribere iuvat exsecrationem vatis Hebraei ex vers
volgata Iesaiae 47, 13: *Babylon, defecisti in multitudine consiliorum tuorum; et*
vent te augures caeli, qui contemplabuntur sidera et supputabunt menses, ut ex
annuntiarent ventura tibi.

Ibid. v. 7. *fugerit invida Aetas*] Respondet Graecorum futuro tertio, v. Matt
Gr. gr. §. 498. p. 1120. Ed. tertiae.

OD. XII. vv. 8 et 12. *silvae - - quercus*] Satis haec compositio apud anti
non ita rara a Peerlkampii reprehensione vindicatur exemplo Ovidii Met. 16,
et flores mille colorum Liliaque.

Ibid. v. 13. *Quid prius*] Pind. Nem. 5, 25: (Musae) *πρώτιστον μὲν ὕμνη*
Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν Πηλέα τε. — *parentis*] Arrian. Epictet. 1, 3
ὁ θεὸς πατήρ ἐστι τῶν τ' ἀνθρώπων καὶ τῶν θεῶν. Qui *parentis* sic nude posi
non intelligebant, scripserunt *parentum,* receptum a Peerlkampio; vides tamen C
cem omnium antiquissimum Bernensem B. et Turicensem servare veram lectionem
tertium praestantissimum Bern. b. falsam demum a pravo correctore intrusam es

Ibid. v. 17. *Unde*] Censorin. 22.: *Venere, unde maiores eius* (Caesaris) *ori*
dicebantur. Immo rursus ipse Horatius Sat. 2, 6, 21: *Iane - Unde,* id est, „a q
Poëticae rationi prorsus contraria est altera interpretatio: „quia ipse maximus
nihil maius eo oritur."

Ibid. v. 20. *Pallas honores*] Aristides in *Ἀθηνᾷ* p. 13. Dind.: *Τοῦ πάντων*
μιουργοῦ καὶ βασιλέως παῖς ἐστι μόνη δὴ μόνου - - μόνη βεβαίως γνησία
πατρός. Ib. p. 14: *Ἐστὶν αἰδέσιμος τῷ πατρὶ καὶ πάντων κεκοινώκηκε καὶ*
πρεσβεῖα μόνη κατείληφεν.

Ibid. v. 28. *quorum — alba — Stella*] Etiamnunc simplicior ac vel propt
verior videtur interpretatio: „caelo serenitatem reducens:" ea, quam nuper prop
Doederleinius Lect. Horat. XIV: „quorum simulac stella ita nautis refulsit, ut
speram navigationem portendat." — Id vero semper fit, ut opinor, ubi Cast
apparent, ut nautae prospere se iam navigaturos confidant; sed poëtam potius d
quid, dum apparent, efficiant, id est, caelum serenum, nobis ante oculos pone

Ibid. v. 31. *quod sic*] Iis Codd., qui habent interpretationem *nam sic* acc
Franequeranus Bosii. Doederleinii *quis* (quibus) *sic*; etsi ingeniosum est, non c
Horatii propter duplicem *κακοφωνίαν* iotacismi et sigmatismi: *i, s, s, i.* Quod
sius probabat *cum sic*, prorsus pedestris est orationis.

Ibid. v. 45. *occulto — aevo*] Optimus interpres Ovidius Met. 10, 519: *La*
occulte fallitque volatilis aetas.

Ibid. v. 58. *Te minor*] In his *ἐνθουσιασμὸς* poëticus efficit, in me saltem
adulationem vix aut omnino non persentiscamus; his et talibus tamen quasi prae
Plinianis illis Paneg. 4: *Saepe ego mecum, P. C., tacitus agitavi, qualem quantu*
esse oporteret, cuius dicione nutuque maria terrae, pax bella regerentur; cum in

fingenti formantique mihi principem, quem aequata dis immortalibus potestas deceret, nunquam voto saltem concipere succurrit similem huic, quem videmus; ac tumidius etiam Cap. 80.

OD. XIV. v. 5. *Nonne vides ut* cet.] Qui cum Meineckio indicativos *gemunt, possunt* praeferunt, commate etiam post vv. *ut Nudum remigio latus* posito, ad hoc incisum supplent *est*; qui coniunctivos *gemant, possint* omnes, quos nunc recorder, *sit*: sed nonne longe *ποιητικώτερον* est, ut coniunctivis ex antiquiss. Codd. auctoritate praelatis, etiam haec: *ut Nudum remigio latus* arte coniungantur cum v. *gemant?* Nec quisquam iam offendet in zeugmate: *vides — ut gemant.* Callim. Apoll. 4: *Οὐχ ὁράᾳς; ἐπίνευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοίνιξ Ἐξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει.* *Carinas* autem de una nave suo iure dicere poterat h. l., ubi singulas carinae partes a prora usque ad puppim funibus cingendas esse significat.

Ibid. v. 9. *integra lintea*] Rhesus v. 322. eadem imagine: *ἡνίκ' ἐξώστης Ἄρης Ἔθραυε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.*

OD. XV. v. 3—5. *obruit otio*] Nereus, ut procellas in mari excitat (Aen. 2, 419. Ovid. Met. 12, 14.), sic h. l. ventos sibi subiectos continet. — Nerei, *ἁλίοιο γέροντος*, dictum ex Cyclico, ut arbitror, aliquo poëta petitum memorat Pind. Pyth. 9, 94. — *mala — avi*] Aeschylus Fragm. Dind. 88: *Ὄρνιθα δ' οὐ ποιῶ σε τῆς ἐμῆς ὁδοῦ.*

Ibid. v. 10. *moves funera*] Plaut. Amphitr. 1, 1, 40: *multa Thebano poplo acerba obiecit funera.*

Ibid. v. 11. *aegida*] Certus locus, ubi aegis est Minervae clipeus, exstat apud Senecam Herc. fur. 905. *belligera Pallas, cuius in laeva ciet Aegis feroces ore saxifico minas.* Plerisque vero, etiam artificibus, est thorax. Eurip. Ion. v. 1012. Herm. Maximus Tyr. 14, 6: *Ἀθηνᾶν αἰγίδα ἀνεζωσμένην, — — ἀσπίδα ἔχουσαν.* Cfr. Minervae statuam in *Musei Borbonici* Vol. IV. Tab. VII. Antiquissimam aegidis formam praebet Millingen *Uned. Mon.* I. Tab. I.

Ibid. v. 14. *carmina divides*] Huius loci quasi *παράφρασιν* habes in Luciani Imagg. 14: *εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα καὶ σύνῳδον εἶναι τὴν κιθάραν καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον.*

Ibid. v. 21. *exitium tuae Genti*] Eurip. Troad. 811. Hercules: *Χερὸς εὐστοχίαν ἐξεῖλε ναῶν, Λαομέδοντι φόνον.* Pro altera lect. *gentis* afferri poterit praeter sermonem volgarem Pind. Pyth. 4, 250: *Μήδειαν - - τὰν Πελίαο φόνον.*

Ibid. v. 32. *pollicitus tuae*] Ovid. Rem. Am. 492: *Frigidior glacie fac videare tuae.*

OD. XVI. v. 6. *incola*] Ad v. *mentem* refert Mitscherlichius; et sane apud Senecam Med. 383: *recepto Maenas insanit deo;* verum hoc longe minus tumidum esse apparet in poëta ceteroqui luxuriante quam *deum incolam mentis* in Horatio; nam si Od. 3, 10, 3. *Aquilones* regionis septentrionalis *incolas* dixit, ad spatium quod dicimus corporeum hoc quoque refertur.

Ibid. v. 9. *Tristes ut irae*] Melanthius in Grotii Exc. p. 459: — *Θυμὸς γε, μὴν Πράσσει τὰ δεινὰ τὰς φρένας μετοικίσας.*

OD. XVII. v. 2. *Faunus*] Eurip. apud Dion. Halic. de comp. p. 426. Sch.: *ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον (Πὰν) ἐμβατεύεις.*

Ibid. v. 20. *vitreamque Circen*] Nostram explicationem (nympham maris) firm etiam Claudian. R. Pros. 2, 55: *soror vitrei libamina potat uberis* (Tethyis).

Od. XVIII. In introductione pro his: *nec P. Alfenium Varum, ICtum claru qui a. u. c. 755. consul fuit:* lege: „nec P. Alfenium Varum ICtum, cos. suff. a. c. 715. (cfr. Biondi *Dissertaz. dell' acad. Rom. d'archeol.* Vol. VI. p. 304.) ne huius filium eiusdem nominis, cos. suff. a. u. c. 755." Scriptura autem *Alfenius* falsa *Alfinius* (Laurent Fasti Cons. a. 754.) et volgari, item falsa, *Alfenus* (Sat. 1, 130.) nititur marmore apud Viscontium *Monum. Gab. Pref. p. III.*

Ibid. v. 5. *Siccis*] Athen. 2, 1. p. 35. D.: *Χαιρήμων ὁ τραγῳδὸς παρασκε ζειν φησὶ τὸν οἶνον τοῖς χρωμένοις γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν.*

Ibid. v. 12. *variis obsita frondibus*] Imago cistae Bacchicae *frondibus obsitae* in *Musei Borbonici* Vol. VII. Tab. 36. Talium cistarum decem adhuc supersunt, tamen Bacchicae, sed ex aede Fortunae Praenestinae omnes, una excepta. Ra Rochette *Mon. inéd.* p. 331.

Od. XIX. v. 8. *lubricus adspici*] Diverso sane sensu Appul. Met. 9. p. 657. Quid: p admodum et adhuc *lubrico genarum splendore conspicuus*, ubi est „levis, λεῖ imberbis." Ut ego, sed evidentius apposito Graeco *σφαλερός*, explicavit Frenzel.

Od. XX. Est ex iis Horatii carminibus, quae obelo notavit Hofman Peerlkamp, c ceteris mortalibus per undeviginti iam secula vel eximia quadam arte vel, quae minor laus est, summa simplicitate nativaque elegantia, ut hoc ipsum, excellere essent. Sed profecto hic saltem manus darem Batavo, si verae essent quattuor ulti rum versuum reprehensiones, interpretationes, distinctiones, propositae post rec Mitscherlichii expositionem, a posterioribus philologis fortasse non satis intellect Quarum quidem novissima haec est: „Vinum Sabinum cum modicis cantharis, quasi honoris causa, biberit Maecenas, hospes haud dubie fastidiosus, tum dem pretiosiora vina et palato respondentia Horatius promittit, nominans et ea vinor nobiliorum genera, quae possidet, Caecubum et Calenum, et illa, quae non possi Falernum et Formianum." — En egregia urbanitas: „Primum, care, tibi dabo Sabinum, deinde Caecubum et Calenum, vina sic satis bona; nam opti Falerno et Formiano, careo neque ad haec emenda sufficit crumena:" cum Hor mens haec sit: „Apud me pro amicitia tua mihi penitus nota contentus eris Sabino; nam generosiora (quorum quattuor memorat), non habeo." Quattuor au ista genera in duo membra dispescit, quorum quae primo aspectu videtur *ἀντιθε* decepit Interpretes, cum *παραλλήλως* potius posita sint. Futurum autem *bibes*, sexcenties, imperativi paullo urbanioris loco fungitur: „tu bibito;" „tuum est biber quod si ita accipies, quam, quaeso, habebit offensionem?

Od. XXII. v. 14. *Daunias latis alit aesculetis*] Bernhardy praefert lect. *Daunia i* quam exhibent etiam octo Codd. Pottierii (quinque ut nos, duo *Dauniae)*. Sed illa et p strem orationem redolere et ingrato iotacismo *i i* aures offendere etiamnunc videtur.

Od. XXIV. v. 14. *Quodsi Threïcio*] Bernhardy legens *Quid, si —?* affert B manni Anthol. Lat. II. p. 271., ubi tamen Burmannus in loco valde simili recte *Quo*

2

variae lect. *Quid, si* praefert; ut et hic *Quodsi* unice locum habet. Alterum enim esset crudeliter Virgilio illudentis: „Heus bone, pulsa modo lyram tuam Orphicam! nunquam tamen redibit Quinctilius."

OD. XXVI. v. 10. *fidibus novis*] „a nemine Romanorum antea pulsatis." Virg. Ecl. 3, 86: *Pollio et ipse facit nova carmina:* quod intelligendum reor de novo genere tragoediae Latinae ab eo exculto; nam inter antiquiores, Accium Pacuviumque, et posteriores, Varium atque Ovidium, Pollionem interiectum et quasi medium fuisse esse statuendum est.

OD. XXVII. v. 3. *verecundumque Bacchum*] Alexis in Grotii Exc. p. 597: *Ὁ γὰρ* [illegible] *Βρόμιος οὐ χαίρει ξυνὼν Ἀνδράσι πονηροῖς οὐδ' ἀπαιδεύτῳ βίῳ.*

Ibid. v. 19. *Charybdi*] Aristoph. Eq. 248. Cleon vocatur *Χάρυβδις ἁρπαγῆς.*

OD. XXVIII. v. 10. *Panthoiden iterum Orco*] Cfr. eleganter hanc fabulam narrantem Maximum Tyrium Diss. 16, 2.

Ibid. v. 13. *Nervos atque cutem*] Immerito haec a nescio quo tamquam abiecta nimisque humilia sunt reprehensa. *Τὸ δέρμα τοῦτο καὶ τὰ ὀστᾶ καὶ τὰς σάρκας, τῆς ψυχῆς χλανίδια ἐφήμερα καὶ ῥάκια ἀσθενῆ καὶ τρύχινα, ἀποῤῥίπτειν ἀσμένον* suadet Maximus Tyrius Diss. 13, 5.

Ibid. v. 20. *Saeva — Proserpina*] Brunatius in Museo Kircheriano p. 65: *AT. SAEVOS. PLVTO. RAPVIT. ME. AD. INFERA. TEMPLA.*

OD. XXIX. v. 4. *horribilique Medo*] *Πανδειμαντοι* Medi sunt Pindaro apud Schol. Venet. Aristoph. Vesp. 302.

Ibid. v. 9. *sagittas tendere*] Sic Himerius Or. 14, 4: *κυκλοῦσθαι βέλη* pro *τόξοις*. Cfr. eundem Or. 7, 17.

OD. XXX. v. 4. *aedem*] „sacellum" interpretatur etiam Bentleius ad Epp. 2, 2, 94.

OD. XXXI. v. 8. *taciturnus amnis*] Esaiae 8, 6: volgatus Interpres: *aquas Siloë, quae vadunt cum silentio.*

OD. XXXIII. v. 2. *Glycerae*] Nominativum *Glycere* reperies apud Plautum (Mil. glor. 2, 5, 26. Lind.) et Martialem (14, 187.) — Etiam Lachmannus (Hall. Literaturztg. 1836. Nr. 110.) favet Dissenii opinioni, Glyceram eandem fuisse cum Nemesi, comparans Tib. 2, 5, 54: *at nostra sint tua castra domo;* et 2, 6, 56: *sis mihi lenta, peto.* Verum probe distinguendi sunt poëtarum Latinorum amores stabiles ac perpetui (Lesbia, Delia, Nemesis, Cynthia, Corinna) a vagis et plerumque fictis, ut h. l. est Glycere Tibulli, et omnes, opinor, Horatii, excepta *bona Cinara.* Non satis meminerunt homines nostrates, nimis severi:

Mille puellarum, puerorum mille furores.

Paldamus (*Zeitung für die Alterthumswissenschaft* 1837. N. 115.): *Tibullus musste in publicirten Gedichten die Glycera besungen haben; sonst erlaubte der Gebrauch nicht eine Privatsache dergestalt öffentlich zu machen.* — „Unde petitum hoc iacis?" Fortasse ex Galli Lycoride a Virgilio memorata; sed quidni licuerit Horatio, poëtae alicuius amicam vel puerum delicatum memorare perinde ac Lycidam Sestii, Lydiam

et Sybaris et Telephi, atque tales amores ab illo cantatos esse fingere? Lege c nulla hoc vetitum erat.

Ibid. v. 5. *tenui fronte*] Winckelmann *Mon. ined.* T. LIII: *La bassezza d fronte vien commendata da Orazio, quando loda ... Lyd., di cui ben capiron vero senso gli antichi interpreti, i quali lo spiegano:* „angusta et parva fronte, q ex pulchritudinis forma commendari solet."

Od. XXXIV. v. 13. *insignem attenuat deus*] Pind. Pyth. 8, 77: (δαίμων) ἄλ ἄλλον ὕπερθε βάλλων, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν Μέτρῳ καταβαίνει. Cf. Pyth. 2

Ibid. v. 14. *apicem*] Eo rectius sic tiara regum orientalium vocari poterat q erat ὀρθή. Dio Chrys. Or. 14. p. 444. R.: ὁ Περσῶν βασιλεὺς ... μὲν μόνος ὀρθὴν τὴν τιάραν, ἐφρόντιζεν· καὶ εἴ τις ἄλλος τοῦτο ἐποίησεν, εὐθὺς ... λευσεν ἀποθνήσκειν αὐτόν.

Od. XXXV. v. 1. *Antium*] Fortunae Antiates expressae sunt in denario ge Rustiae apud Eckhel D. N. 5. p. 298. Alias Fortunarum imagines vide in *Musei* I *bonici* Vol. III. T. 26.

Ibid. v. 5. *sollicita prece*] Moschion in Grotii Florileg. p. 127: *Μοῖρ' ὦ λι ἄτρωτε δυστήνων βροτῶν.* Ceterum Bernhardy cum Marklando (Explic. vett. scr p. 254.) construendum suadet: „te ruris dominam ambit colonus, te dominam aequ nauta:" sed inversio esset minime Horatiana et sonus ipse et conformatio ve facit, ut vv. *Ruris colonus* iungi debeant.

Ibid. v. 12. *Purpurei — tyranni*] Lucian. Dial. m. 4, 4. Vit. Auct. 12. de ranno: ὁ τὴν πορφυρίδα ἐνδεδυκώς. Macedonius in Anthol. Pal. II. p. 337: χρυσέων ὑπάτων, auratis trabeis indutorum.

Ibid. v. 18. *clavos trabales*] Hic iam adscribenda erant, quae de patera Etr apud Vermigliolium memoravi ad Od. 3, 24, 5.

Ibid. v. 20. *Uncus* cet.] Vitruvius 2, 8: *cum ansis ferreis et plumbo fro vinctae sint. Ansa* igitur h. l. *τὸ κύριον* fuisset pro *unco*, qui olim vexabat In pretes de uncis, quibus supplicio affecti ad Gemonias trahebantur, accipientes.

Ibid. v. 22. *nec comitem abnegat*] Equidem etiamnunc et librorum lectione simplicem meam interpretationem retineo, neque in lyrico poëta hanc de fide degressioi evidente proborum et falsorum amicorum ἀντιθέσει pulchre exornatam, reprehen dam esse duco, etsi amicissimus Doederleinius in Lect. Horat. XIV. cum disci aliquo suo legens *abnegas* (Praedicow correxerat *abnegans*) novo plane modo l locum ita interpretatus est: „Te, Fortuna, et Spes colit, ac supremum quidem f gium adeptos illa deserens, et Fides amicorum, qui in summa principum familiar tamen eorundem dignitatem maiestatemque suspiciunt ac venerantur; sed eaden clemens ac mansueta es, ut, etiamsi ipsa potentium domos inimica linquas, ta amicorum fidem ac solatium tam miseris ac profligatis non invideas; beneficii l etiam instar habetur, quod tuo discessu amici discernuntur et agnoscuntur, quo veri remanent te abeunte, falsi diffugiunt." Scilicet vv. *Te — albo rara Fides velata panno* ita explicat: „intelliguntur aulici principumque amici vel mini quorum fides quoniam saepius quam mediocribus in domibus est infida, *rara*

velata dicitur Fides, id est, *raro*." Verum durior est constructio *Fides albo panno rara velata* — vel: *F. a. p. velata rara*, atque, ut mittas incertam coni. *abnegas*, ipsa sententia Horatianae ἀφελείᾳ adversatur. Nobis etiamnunc *rara Fides* est, quae raro inter mortales reperitur, et *albo velata panno* picturae poëticae inservit. Cum enim in picturis Herculanensibus et Pompeianis deae, ut ita dicam, simplices, mites, beneficae, venustae, ut Diana, Ceres, Venus, albis vestibus plerumque indutae compareant, quidni etiam suavissimo Fidei numini vel certe eius velo hunc colorem tribuerint, apte significantem incorruptam illius integritatem candoremque animi? Aliam viam ingressus est Gargallus *comitem* cet. interpretans „eum hominem, quem antea Fides comitata est, non deserit:"

> „*Te Speme eterna, e in bianca vesta*
> *Fe, ch'è sì rara, non mai scompagnasi,*
> *Nè l'uom disdice, di cui tu l'auree*
> *Soglie, cangiandoti, lasci molesta:*"

quae tamen ratio (*abnegare comitem* pro *deserere*) Latinae consuetudini repugnat, eademque cadit in similem Ioannis Clerici expositionem: „Fideles amici et reditum tuum sperantes non abnegant eos, quibus secundâ te, o Fortuna, comes fueris, quamvis eos nunc reliqueris." — Ad verba: *Ferre iugum pariter dolosi* confer Plauti Aul. 2, 2, 52: *ubi tecum coniunctus siem, Ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto.*

OD. XXXVI. v. 14. *Threïcia — amystide*] quam exprobrat Rheso Hector Rhes. 405. Ed. Vater: — *οὐκ ἐν δεμνίοις Πυκνὴν ἄμυστιν ὡς σὺ δεξιούμενος.* ubi Schol. Vatic.: *ἐπὶ τῆς ἀπνευστὶ πόσεως, ὡς Κρατῖνος· Ἀλλ' οὖν θεῷ σπείσαντας ἄμυστιν δεῖ πιεῖν*: ubi propter vv. *ἀπνευστὶ, ὡς Κρ.* leg. videtur *ἀμυστί.*

Ibid. v. 17. *putres — oculos*] Lucian. Amor. 15: *ὁ Χαρικλῆς ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγει τακερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασιν ὑγραίνων.*

OD. XXXVII. v. 7. *Regina*] Exstant nummi M. Antonii cum inscriptione: *CLEOPATRAE. REGINAE. REGVM. FILIORVM. REGVM.* Eckhel D. N. 6. p. 47. Cic. de Rep. 2, 30: *Populus Romanus pulso Tarquinio nomen r e g i s audire non poterat.* Hic tacet de M. Antonio; satis amare in eundem invehitur in uno illo carmine Epod. 9; sed ante eius interitum, cum Octavianus dominationem sine aemulo nondum adeptus esset.

Ibid. v. 9. *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum*] Locum obscuriorem illustrat Lucianus Amor. 21., ubi de eunuchis locutus sic pergit: *οὕτως ἡ μιαρὰ καὶ παντὸς κακοῦ διδάσκαλος τρυφὴ ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἡδονὰς ἀναισχύντους ἐπινοοῦσα μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν.* Eunuchis igitur suis Cleopatra abuti solebat ad libidinosissimam venerem, quam proprio vocabulo signant Priap. 78, 2. et Martial. 12, 59: hunc prorsus ut Horatius etiam Lucianus *morbum* vocat, quem honeste nominare non liceat.

Ibid. v. 17. *accipiter*] Ovid. Met. 5, 606: *Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.*

Ibid. v. 21. *monstrum; quae*] Ter. Eun. 4, 3, 5: *S c e l u s postquam ludificatus est virginem.*

Ibid. v. 24. *reparavit oras*] Repetita ex hac verbi significatione videtur consuet Italica v. *ripararsi* (= *ricoverarsi*): etiam absolute. Tasso Ger. 17, 70, 6: *riparava in più sicura sede.*

OD. XXXVIII. v. 5. *myrto nihil allabores Sedulus curo*] Codicis Bodleiani cu placebat etiam Vossio *Anmerkungen und Randglossen* p. 235. „*Oro* optime ha Cod. Petrin. sine ulla litura." Bentleius in Curis noviss. Sed *Sedulus oro* metro pugnat. Similiter atque ego interpretatus est Goeller ad Plauti Trin. p. 99: „ verba ita iungenda esse videntur: *simplici myrto* (ut) *allabores sedulus, nihil* cu Significat autem v. *allaboro* idem quod: *praeterea laborare*, ut Epod. 8, 20. et iam Preiss: „Non curo, ut quidquam allabores."

LIB. II. OD. I. v. 2. *et vitia*] Cfr. Cic. ad Fam. 16, 11: *Cn. Pompeius Caesa sero coepit timere.* Ad Att. 9, 10, 6. Ibid. 11, 3. Ibid. 14, 6, 2.

Ibid. v. 4. *Principum amicitias et arma*] Cfr. Cic. Philipp. 2, 10, 23. Caeli ad Fam. 8, 14, 2.

Ibid. v. 5. *cruoribus*] „Sanguine multis locis ac saepe effuso." Sic *αἵματα* frequentissimum est apud Tragicos. Aeschyl. Suppl. 262: *παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι*

Ibid. v. 6. *Periculosae plenum opus aleae*] Pollioni, viro quamvis feroci (Tac. A 12, 12), ante omnes respiciendus erat Octavianus ipse, maxime propter proscriptio infamiam.

Ibid. v. 10. *publicas Res*] Cic. de Or. 1, 11, 48: *sine multa pertractatione omni rerum publicarum.*

Ibid. v. 15. *Delmatico*] Ad scripturam cfr. Gruter. p. XCVI. 1. in inscription u. c. 763.: BELLO DELMATICO.

Ibid. v. 19. *fugaces*] Porphyrio: „Pro velocibus accipe; et in sermone ho que *fugam* pro velocitate dicimus, cum de equis loquimur." Accepit ergo pro *fougueux* (*fougue*, Ital. *foga*); sed et sententia ipsa et Horatii consuetudo hoc mittere non videtur. Aliter res se habet apud Senecam. Gronovius ad Thyest. „*Fuga* huic scriptori quaevis velox itio. Habet compluries in Natur. Quaest."

Ibid. v. 24. *atrocem animum Catonis*] quo fretus se ipse interficere maluit q se submittere Caesari. Non recte Düntzer (*Zeitung für Alterthumswiss.* 1836. N. 1 accepit de Catonis contumacia adversus Pompeium.

Ibid. v. 25. *cesserat*] Eurip. Troad. 25. Neptunus: *Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον βωμούς τ' ἐμούς.* Tac. Hist. 5, 13. — *impotens*] alii explicant *ἀκρατὴς τῆς ὀργῆς*· ver artissime iungitur vel sono cum v. *cesserat*, nec pertrahi potest ad v. *Rettulit.*

Ibid. v. 28. *Iugurthae*] Düntzer suspicatur a Pollione initio historiarum men nem factam esse belli Iugurthini; coniectura sane inani, nam Horatius hoc car componens Pollionis librum nondum viderat.

Ibid. v. 40. *leviore plectro*] A nimia audacia similiter se ipse revocat Pind Olymp. 9, 35: *ἀπό μοι λόγον τοῦτον, στόμα, ῥῖψον.*

OD. III. vv. 9. 10. *Qua pinus* cet.] Similibus coloribus utitur Sappho Ed. N p. 58: *Ἀμφὶ δὲ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων μαλίνων, αἰθυσσομένων δὲ φύλ κῶμα καταῤῥεῖ.*

Ibid. v. 11. *trepidare rivo*] Epp. 1, 10, 21: *aqua — — quae per pronum trepidat um murmure rivum.*

Ibid. vv. 26. 27. *Versatur urna*] Seneca Herc. fur. 191: *Recipit populos urna citatos.* Cic. Verr. Acc. 2, 51: *cuius nomen exisset ex hydria, ut is haberet id sacerlatium.*

OD. IV. v. 3. *niveo colore*] Frequentius apud Latinos ἐπίθετον quam apud iraecos, atque ut inusitatum explicatur ab Hesychio: *νιφόεσσα Ἑλένη, ἀντὶ τοῦ λευκή. Ἴων Φρουροῖς.*

Ibid. v. 7. *Arsit Atrides*] Ovid. Am. 1, 9, 37: *Summa ducum Atrides visa Priameide fertur Maenadis effusis obstupuisse comis.* Ceterum simili cum εἰρωνείᾳ Dio Chrysost. Or. 15. p. 446. R. *οὐ πολλοὶ Ἀθηναίων συγγίνονται θεραπαίναις αὐτῶν, οἱ μέν τινες λάθρα, οἱ δὲ καὶ φανερῶς; οὐ γὰρ δήπου βελτίους εἰσὶ πάντες τοῦ Ἡρακλέους, ὃς οὐδὲ τῇ Ἰαρδάνου δούλῃ συγγενέσθαι ἀπηξίωσεν, ἐξ ἧς ἐγένοντό οἱ Σαρδέων βασιλεῖς.*

OD. V. v. 2. *munia comparis*] Lipsius ad Plauti Pseud. 1, 1, 64. explicat: „compressiones artas amantium comparum", de coitu. Sed sic idem his [illegible]

Ibid. v. 5. *Circa virentes est animus tuae*] Aristoph. Eq. 87: *περὶ πότου γοῦν στί σοι;*

OD. VII. v. 3. *Quiritem*] Pro homine tenui ac plebeio usurpat Ovid. Am. 3, 4, 9: *Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti.* Ceterum *Quis te redonavit Dis patriis* st interrogatio infinita vel, si mavis, poëtica: pro: „Fierine potuit, ut restituereris?" „Quomodo, quaeso, factum est, ut redire potueris?" nec vero cum Düntzero l. l. eferendum est ad Maecenatem, qui Pompeii restitutionem ab Octaviano impetrarit; raeterea ex Vita Horatii antiqua scholastica statuit poëtam in acie Philippensi *aptum et proscriptum* esse; mira profecto compositione. Sane in illis obscuri rammatici somniis haec leguntur: „Captus est a Caesare et proscriptus, etiam mnibus, quae habebat, direptis:" sed quis talibus hodie fidem tribuat?

Ibid. v. 6. *saepe diem mero Fregi*] Plaut. Men. 1, 2, 45: *hunc comburamus diem.*

Ibid. v. 21. *Oblivioso*] Ad puerum dicta haec suspicatur Schnitzerus, collatis Od. 2, 11. vv. 18 et 22. Certe sic explicandum est: „propter te adventumque tuum nsperatum Massico ciboria explentor, funduntor unguenta capacibus de conchis."

OD. VIII. v. 21. *Te suis matres metuunt iuvencis*] „*Iuvenci*, non sine virtute, n re turpicula." Mitscherlich. Nihil turpiculi puto inesse; sed usus est eodem sermone poëtico, quo Rhesus in cognomine fabula v. 387: *ὁ Στρυμόνιος πῶλος ἀοιδοῦ Μούσης* vocatur.

OD. IX. v. 19. *Cantemus*] Constructionis: *Cantemus tropaea et (cantemus) Medum lumen minores volvere vortices* gemellum exemplum praebet Tibullus 1, 3, 17: *Aut go sum causatus aves aut omina dira, Saturni aut sacram me tenuisse diem.*

Ibid. v. 21. *gentibus additum*] Sic Cic. pro Sestio 61: *orbis terrarum regiones a* ompeio *adiunctas huic imperio* dicit et Verr. Accus. 5, 6: *maiores cum Siciliam — — ad rempublicam adiunxissent.*

OD. X. v. 3. *Auream — mediocritatem*] Pindar. Pyth. 11, 52: *Τῶν γὰρ ἂμ πόλ εὑρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ Ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων.* D mocritus in patruelis mei Opusc. sent. I. p. 110: *ὅκως ἂν πρὸς μετρίης κτήσιο ἐπιμελῆται κτλ.*

Ibid. v. 10. *celsae graviore casu*] Sine imagine eadem sententia auctorem hab Tragicum in Grotii Exc. p. 459: *Πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων Μεγάλ δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.*

Ibid. v. 19. *Suscitat musam*] Pind. Olymp. 7, 42: *ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον λιγύ* Isthm. 7, 1: *Κλεάνδρῳ τις - - ἀνεγειρέτω Κῶμον.* Recte, ut nunc arbitror, Ber hardy praefert lect. *cithara* meae: *citharae*, cum *citharae musa* sane mire diceretu Cfr. etiam Od. 4, 15, 1. *Phoebus — me — increpuit lyra.*

OD. XI. v. 14. *sic temere*] Cic. Arat. 250. planetae: *Sic malunt errare vag per nubila caeli.* Ioannes Evang. 4, 6: *ὁ Ἰησοῦς - - ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ.* Dio Chrysost. Or. 15. p. 445. R.: *οὐκ ἐν τῇ ἀγορᾷ, οὐδὲ κα οἰκίαν.*

Ibid. v. 23. *modum*] Cfr. Od. 3, 14, 22. Ovid. Met. 8, 318: (Atalantae) *Crin erat simplex nodum collectus in unum*; sicque picta est Atalanta in tabula Pom peiana *Musei Borbonici* Vol. VII. T. 2.

OD. XV. v. 7. *olivetis — Fertilibus domino priori*] Seneca de Vita beata 1 *Cur arbores praeter umbram nihil daturae conseruntur?*

Ibid. v. 17. *fortuitum — cespitem*] Sic Pindar. Pyth. 4, 55. glebam vocat *πρ τυχὸν ξένιον.*

OD. XVI. v. 26. *amara lento Temperet risu*] „docto," inquit Mitscherlich, „ep theto." Aeque *docte* Consol. ad Liv. Aug. 279: *Consistam laetisque oculis lentusq (gleichgültig) videbo Strata per obscoenas corpora nuda vias.*

Ibid. v. 31. *Et mihi forsan, tibi*] Cod. Franeq.: *Et mihi fors et tibi*, unde Bosi suspicatus est Horatium scripsisse *forsit*, ut Sat. 1, 6, 49. Ingratum tamen sonu *it ti* proculdubio vitavit poëta, et qui scripsit Codicem illum ceteroquin hau spernendum nescio quo mentis errore in falsam compositionem *Et mihi — et ti* incidit.

OD. XVII. v. 17. *me Scorpius adspicit*] Iulius Firmicus in locis a Lessingio pr mum editis *Zur Geschichte und Literatur* III. p. 328: *Si Iove in parte horoscopi co stituto in occasu et in diametro Saturnus constitutus Iovem horoscopumque respici in diurna genitura et Luna plena referatur ad Iovem, divitias, felicitates et summ beatitudinis incrementa decernunt.*

Ibid. v. 18. *pars violentior*] Eandem *fortiorem radiationem*, *fortiores stellas* voc Firmicus ibid. p. 254.

Ibid. v. 22. *impio Saturno*] *Nefarium* dicit *Saturnum* idem scriptor ibid. p. 22 eidemque *minacem radiationem* aliquoties tribuit, ut p. 226. In omnibus his Firmi locis apud Lessingium *stellae se* et *respicere* et *aspicere* crebro dicuntur.

Ibid. v. 29. *Mercurialium — virorum*] Philostrat. Heroic. p. 18. Boisson.: *τίς τώ παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ σοφῶν.*

OD. XVIII. v. 2. *Meo renidet in domo lacunar*] *Meis in aedibus nitet lacunar*, est nterpolatio memorata ab Henrico Stephano Diatr. II. p. 135.

IBID. v. 3. *trabes Hymettiae*] Eadem significatione Plinius Paneg. 54: *non trabibus ut saxis nomen tuum, sed monumentis aeternae laudis inciditur.*

IBID. v. 17. *Tu secanda marmora*] Seneca Controv. 2, 9: *In hos ergo exitus lomorum ruinas) varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat, et quam inctus secaret. — Litoribus quoque moles invehuntur congestisque in altum terris exaggerant sinus.*

OD. XIX. v. 1. *rupibus*] Cfr. Euripid. Ion. 1141. Hermann.

IBID. v. 2. *Nymphas*] Vide vas pictum in *Musei Borbonici* Vol. II. Tab. 45. *ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΣΙΜΟΣ, ΚΩΜΟΣ* (Satyri), *ΧΑΙΡΑΣ* (Nympha).

IBID. v. 3. *Capripedum Satyrorum*] Capripedes Satyros, hos cum Paniscis confundentes dixerunt Lucretius 4, 582. et h. l. Horatius. Vide Zoëga *Bassirilievi* Tav. 75. et 104.

IBID. v. 16. *Lycurgi*] Dionys. Longin. 15, 6: *Καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται, Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.*

IBID. v. 18. *uvidus*] Eurip. El. 324: *μέθῃ γε βρεχθείς.*

IBID. v. 22. *Cohors Gigantum scanderet impia*] Pindarus in Eustath. Schneidev. 36: *πίτνατες θοὰν Κλίμακ' ἐς αἰπὺν οὐρανόν ..... Ἀλλαλοφόνους ἐπάξαντο λόγχας.* Eurip. Ion. 216: *Καὶ Βρόμιος ἄλλον Ἀπολέμοισι κισσίνοισι βάκτροις Ἐναίρει Γᾶς τέκνων ὁ Βακχεύς.*

IBID. v. 28. *Pacis eras mediusque belli*] Voc. *medius* propria significatione cum enitivo aliquoties usurpat Ovidius. Met. 5, 409. 6, 409. 10, 253. Apposite ad h. l. ristides in Dionyso p. 49. Dind.: *ὥσπερ γὰρ δίδυμος πάντῃ αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν πί — πολεμικός τε δὲ καὶ εἰρηναῖος διαφερόντως θεῶν.* A Luciano Pisc. 26. ocatur *φιλόγελως*. Credetne unquam posteritas Praedicowium scripsisse:

Rhoeton retorsisti leonis
Unguibus *horribilisque* mala.
Quamquam choreis aptior et iocis
Ludoque dictus, non sat idoneus
Pugnae. Ferebaris; sed idem
Pacis eras mediusque belli;

Peerlkampio totam hanc elegantissimam strophen Horatio abiudicatam esse?

IBID. v. 31. *trilingui Ore*] „uno ore, in quo tres linguae, sive lingua trifida, ualis solet in serpentibus fingi." Naeke in Progr. 1821. Quam tamen interpretatioem rectam esse non credo, sed explico de Cerbero tricipite; sic Valerius Flaccus 184. triplici Hecatae cantum trilinguem tribuit. Atque omnino quaeri potest, num erberum aliter quam vel tricipitem vel centicipitem descripserint poetae Latini. Virg. en. 6, 417: *Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Personat.* Pseudotibullus 3, 4, 3; nis — *Cui tres sunt linguae tergeminumque caput.* Ovid. Met. 10, 21 [illegible]

lasa colubris Terna Medusaei vincirem guttura monstri. Sic omnes *tres linguas* Ce bero tribuentes tria eius capita significant.

OD. XX. v. 6. *quem vocas*] Sic absolute de invitatione etiam Cic. Verr. Accu 3, 4: *hic cum venit* (in domum aliquam), *extra ordinem vocatur.*

Ibid. v. 13. *Iam Daedaleo ocior Icaro*] Bernhardy inclinare videtur in lect. *n tior*; mihi hoc potius quam illud mali ominis futurum fuisse videtur. Quo eni *notior* erat ille, quam casu suo? Et manifesta est interpolatio facta propter hiatum.

Ibid. v. 14. *gementis litora Bospori*] Soph. Antig. 585: *στόνῳ βρέμουσι δ' ἀν πῆγες ἀκταί.*

LIB. III. OD. I. v. 2. *Favete linguis*] Exemplis a Mitscherlichio allatis haec lic addas: Eurip. Fr. Phaëth. 60: *ἔχειν χρὴ Στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ.* Ibid. v. 74: *ἀλλὰ ἔστω λεώς.* Aristoph. Ran. 334: *Εὐφημεῖν χρὴ κτλ.* Cic. de Div. 1, 45, 102.

Ibid. v. 7. *Clari Giganteo triumpho*] Hinc Lucianus Tim. 4. deridet eius epithe a poëtis usurpata: *Γιγαντολέτωρ καὶ Τιτανοκράτωρ.* — Ex eo, quod apud Acrone in Edd. recentioribus hoc legitur: „Ordo est: *Imperium regum timendorum est proprios greges; imperium Iovis, clari Giganteo triumpho* et *cuncta moventis supercili est in ipsos reges:*" nonnemo collegit Scholiastam legisse:

Clari Giganteo triumpho et
Cuncta supercilio moventis:

verum in Editione Veneta anni 1481. sic est: — — *clari Giganteo triumpho, moven cuncta supercilio.*

Ibid. v. 25. *Desiderantem quod satis est*] Alexis in Grotii Exc. p. 595: *Τὰ π ριττὰ μισῶ· τοῖς ὑπερβάλλουσι γὰρ Δαπάνη πρόσεστιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν.*

OD. II. v. 26. *qui Cereris sacrum Volgarit arcanae*] Cfr. Arrian. Epictet. 3, 2 p. 439. Schweigh.

Ibid. v. 27. *vetabo —·— sub isdem Sit trabibus*] Sophocl. Antig. 372: *Μήτ' ἐμ παρέστιος Γένοιτο μήτ' ἴσον Φρονῶν ὃς τάδ' ἔρδει.*

Ibid. v. 29. *Saepe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum*] Eurip. Suppl. 22 *Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος, Τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλε Τὸν οὐ νοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα.*

Ibid. v. 32. *Poena*] Aeschyl. Fragm. 268. Dind.: *Τό τοι κακὸν ποδῶκες ἔρχετ βροτοῖς Καὶ τ' ἀμπλάκημα τῷ περῶντι τὴν δίκην.* Lucan. 6, 695: *Eumenides S giumque nefas Poenaeque nocentum.* Maxim. Tyr. 6. extr.: *Ἕως ἄσπονδος καὶ ἀκ ρυκτος ὁ ἐν ψυχῇ πόλεμος, ἄφιλος ἡ ψυχὴ μένει, ἐχθρά, σκυθρωπή. Ταῦτα Ποιναί, ταῦτα αἱ Ἐρινύες, τὰ δράματα, αἱ τραγῳδίαι.* Cum Furiis eas prors confundit Lucian. Amor. 47: *τὰς Ὀρέστην ἐλαυνούσας Ποινὰς Πυλάδης ἐνό μᾶλλον.*

OD. III. Cfr. de hoc Carmine Conzium in Seebode Archiv. 1825. p. 659. Stru *Abhandlungen der kön. deutschen Gesellschaft zu Königsberg 1. Sammlung.* p. 157.

Ibid. v. 17. *Gratum elocuta consiliantibus Iunone divis*] Simile est deorum co cilium in Euripidis Helen. 878. D.; *Ἔρις γὰρ ἐν θεοῖς, σύλλογός τε σοῦ πέρι Ἔσ*

πάρεδρος Ζηνὶ τῷδ' ἐν ἤματι. Ἥρα μὲν, ἥ σοι δυσμενὴς πάροιθεν ἦν, Νῦν ἐστιν εὔνους κτλ.

OD. IV. v. 2. *Calliope*] Schol. Vatic. ad Rhesum v. 336. (342.): *ἔνιοι δὲ Εὐτέρπης τὸν Ῥῆσον γενεαλογοῦσι, καθάπερ Ἡράκλειτος. φησὶ δέ· Ἑβδόμη δὲ Καλλιόπη ποίησιν εὗρε πάντων*, (Vater *ποιημάτων*, probabilius legas: *παντοίαν.*)

Ibid. v. 41. *Vos lene consilium et datis*] Pind. Pyth. 5, 60: Apollo *δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ Ἀπόλεμον ἀγαγὼν Ἐς πραπίδας εὐνομίαν.*

Ibid. v. 45. *Ventosum et urbes*] Scholiasta antiquus Franequeranus apud Bosium p. 42. et Comm. Cruquianus monent ordinem hunc esse: „unus qui temperat inertem terram et ventosum mare, et qui aequo imperio regit urbes et tristia regna et divos et mortales turbas."

Ibid. v. 49. *Magnum illa terrorem*] Aristoph. Aves 1251: *καὶ δή ποτε εἷς Πορφυρίων αὐτῷ* (Iovi) *παρέσχε πράγματα.*

Ibid. v. 57. *Contra sonantem Palladis aegida*] Aristides in Minerva p. 15. Dind.: *Λέγεται ὡς ἐπειδὴ οἱ Γίγαντες παρετάξαντο ἐν τῇ Φλέγρα, Ἐγκέλαδον μὲν καὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν κτείνει ἡ θεὸς, τοῖς δ' ἄλλοις θεοῖς ὀλίγον τὸ ἔργον γίγνεται, ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων Γιγάντων ὅσον ἦν κράτιστον κτείνει ἡ θεὸς, ἅτε καὶ φύσει πολεμίους ὄντας ἑαυτῇ διαφερόντως ἀμυνομένη.*

Ibid. v. 69. *Testis mearum*] Versum hunc cum tota stropha Horatio a Buttmanno aliisque abiudicatum affert Priscianus p. 718. Putsch.

Ibid. v. 72. *Virginea domitus sagitta*] Diphilus in Exc. Grotii p. 785: *Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε, Ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν.*

Ibid. v. 76. *Aetnam*] Cuningh. Mitsch. Doer. et Braunhardi Codd. Lips. 1. Dess. 1. *Aetnen*, cui scripturae sane favent etiam Codd. antiquiss. Bernensis B. et Turicensis: *Aethnen.*

OD. V. v. 11. *Vestae*] Vestam *Romani imperii pignus* vocat Seneca Controv. 1, 3. p. 95. Bip.

Ibid. v. 12. *Reguli*] Cfr. etiam Cassii Dionis Excerpta Vatic. p. 168. Ed. Lips.

Ibid. v. 14. *et exemplo trahentis Perniciem veniens in aevum*] Quamvis mei et Pottierii Cod. omnes in hanc lectionem conspirent, tamen Bernhardyum recte praeferre Comm. Cruq. et Canteri *trahenti* nunc arbitror. Genitivus Codd. ortus est ex perantiqua huius participii accommodatione ad prius illud *Dissentientis*. Atque ut de sensu taceam, vel ipse sonus *Dissentientis — — trahentis* minus gratus est.

OD. VI. v. 9. *Iam bis Monaeses*] Grotefend in Athenaeo 3. p. 81: „*Die Namen* Monaeses *und* Pacorus *sollen überhaupt das Parthische Heer bezeichnen, weil sich diese Männer unter Antonius von Parthischer Seite besonders rühmlich gezeigt hatten.*" Interpretatur ergo de illo Monaese, quem Antonius alterum Themistoclem vocabat. Plut. Ant. p. 932. D. Fr. Attamen, etsi mirari licet, cur Surenas ille, Crassi victor, ab uno Horatio *Monaeses* appelletur, v. *bis* monstrat poëtam de rebus ita, ut gestae erant, loqui voluisse, et sane post XXX. circiter annos proprium ducis Parthici nomen et nosse et meminisse poterat. Ceterum rectum *Monaeses* exhibet etiam Pottierii Cod. 8072. Sec. X.; reliqui eius omnes *Monaesis*.

Ibid. v. 22. *fingitur artubus*] Quibus placuit falsa lectio *frangitur artubus*, affer poterant Senecae illud Controv. 1, 2. p. 84. Bip. de virgine: *docetur blanditias in omnem motum corporis confringitur.*

Ibid. v. 24. *De tenero — ungui*] Proprium est apud Dionys. Long. 44: ἐξ ἁπαλῶν ἔτι φρονημάτων μονονοὺκ ἐσπαργανωμένοι.

Od. VII. v. 21. *scopulis surdior Icari*] Eurip. Androm. 537: Τί με προσπίτνεις ἅλιαν πέτραν Ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων;

Ibid. v. 30. *querulae — tibiae*] Flebilis est tibiae cantus, quem Pind. Pyth. 12, vocat Γοργόνων οὖλιον θρῆνον.

Od. VIII. 2. *acerra*] Veram acerrae formam exhibet *Musei Borbonici* V. T. 36.

Ibid. v. 27. *Dona praesentis cape laetus horae*] Pind. Isthm. 7, 13: τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ σκοπεῖν Χρῆμα πᾶν. Cratinus in Grotii Exc. p. 491: Ἀνδρὸς σοφοῦ χρὴ τόγε παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλὸν Εἰς δύναμιν εὖ θέσθαι.

Od. IX. v. 18. *Diductosque*] Cod. Bernensis B., quod me fugit, habet *Deductos quos*? perpetuo in his vv. errore, cui favet Hauthalius ad Persii Sat. I. p. 196.

Od. XI. v. 15. *immanis — aulae*] Sic iunxit etiam Naekius in Progr. a. 182 afferens Accium in Philoct. apud Nonium in v. *immane: Phrygiam miniorem esse immani Graecia.* Nihil tamen inest in hoc ἐπιθέτῳ reconditi aut minus usitati, cu Virgilius saepissime idem addat vv. *spelunca, antrum, barathrum, templum* cet.

Ibid. v. 18. *Caput eius*] Huic *eius*, de quo tantas tragoedias excitarunt Critic prorsus simile est alterum Tibulli 1, 6, 25: *Saepe velut gemmas* eius *signumque pr buerem.* quod nulla arte eliminare poterunt: tantum enim abest, ut dubium fi propter Ovid. Trist. 2, 451. 452. (quemadmodum ratus est Paldamus *Erotik* p. 58 ut eadem firmissima auctoritate nitatur. Quidni, dum agnoscimus ab optimis quibu que poetis hanc negligentiam quoad eius fieri posset devitatam esse, fuisse tam subinde locos, ubi sine graviore sententiae et metri detrimento devitari non poss libere fateamur?

Ibid. v. 35. *Splendide mendax*] Eurip. Helen. 1633: καλήν γε προδοσίαν δίκαια δρᾶν. Seneca Ep. 95: *gloriosum scelus.* Tacit. Hist. 4, 50: *Servus egregio menda se Pisonem esse respondit.*

Od. XII. Μονολογία per secundam personam est ut Eurip. Electr. 140: Θ τόδε τεῦχος κτλ. Terent. Phorm. 3, 4, 1: *Enimvero, Antipho, multimodis cum i animo es vituperandus.*

Ibid. v. 1. *amori dare ludum*] Aeschyl. Pers. 837: ψυχῇ διδόντες ἡδονῇ. Pin Pyth. 4, 295: θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν.

Ibid. v. 11. *alto*] Non solum propter analogiam vv. βαθὺς et *profundus* et propt sonum praeferendum est, verum etiam Codd. antiquissimorum meorum BbT. quattuor Pottierii auctoritate satis firmatur. Schiller p. 112. et apud hunc Wens praeferunt *arto*.

Od. XIII. vv. 5. 6. *proelia destinat. Frustra*] Male alii construunt *proelia frust destinat*, qua ratione perit poëtica loci virtus, quam habet acerbum illud ἐπιφώνημ

sic prorsus Od. 3, 7, 21: Fallax historias movet: Frustra] nam cet. Sat. 2, 4, 24: iscebat mella Falerno: Mendose cet.

OD. XIV. plebs] Cfr. Cic. Verr. Accus. 5, 14: *Floram matrem populo plebique manae placandam*. Servata est formula etiam sub principibus: sic in Augusti stamento apud Tacit. Ann. 1, 8: *populo et plebi*. Plin. Paneg. 32: *partem aliquam puli plebisque Romanae*.

Ibid. v. 5. *Unico gaudens mulier marito*] Noli calumniari propterea, quod Livia antea nupta it Tiberio Neroni; neque comparare Catulli 29, 12: *Imperator unice* de Caesare stum. Livia ipsa apud Cassium Dionem 58, 2. semet dicit *ἀκριβῶς σωφρονοῦσαν*.

Ibid. v. 10. *puellae iam virum expertae*] Sic apud Eurip. Electr. 481. Clytaemnestra ro iam [illegible] superstes vocatur *κακόφρων κούρα*.

OD. XVI. v. 1. *Inclusam Danaen*] Hanc fabulam saepe expressisse videntur pictores tiqui. Vide *Museo Borbonico* V. II. T. 36. et V. XI. T. 21.

OD. XVII. v. 15. *Dum potis*] Exemplis a Bentleio et Forcellino allatis adde ex thol. Lat. Meyeri N. 1521: *Nam fato raptam non potis eripere*.

OD. XVIII. v. 1. *Faune, Nympharum*] Eurip. Hel. 187: *Νύμφα τις οἷα Ναῒς ρεσι φύγιμον νόμον ἱεῖσα γοερὸν Ὑπὸ δὲ πέτρινα μύχαλα γύαλα Πανὸς ἀναβοᾷ μους*. Schol. Vatic. ad Rhesum v. 36: *ἐν τοῖς ὄρεσι — ἔνθα ὁ Πὰν ἅμα ταῖς ύμφαις [illegible]*. Pulcherrimum Fauni simulacrum Pompeiis repertum [illegible] *Museo Borb.* V. IX. T. 42.

Ibid. v. 2. *Per meos fines*] Eurip. El. 704: *Πᾶνα — ἀγρῶν ταμίαν* vocat.

Ibid. v. 3. *abeasque parvis Aequus alumnis, si tener pleno cadit haedus anno, rga nec desunt Veneris sodali Vina craterae, vetus ara multo Fumat odore*] Bernrdy: *Nicht lässt sich nach* alumnis *ein Comma rechtfertigen, so dass* si tener pleno dit haedus anno *eine Bedingung sei, von welcher die frühere Bitte abhänge; daran ndert aber sowohl das prekäre Asyndeton* vetus ara multo Fumat odore, *als auch der gerissene Fortschritt zur dritten Strophe; vielmehr hebt mit* Si *die Schilderung des ndlichen Festes in seinen einzelnen Scenen an*, larga nec *bildet den Nachsatz, dem mat in lebhafter Rede sich zugesellt.* In his nonnulla me non satis intelligere fateor. rimum hypotheticum hoc: „*Si tener pleno cadit haedus anno*, tum sollemne illud sticum utique celebratur;" sed *si non cadit*, quid tum fiet? „Nihil omnino." Deinde ium *nec* in apodosi nunquam equidem vidi pro *non*; deberet saltem esse: *nec desunt rga vina craterae et vetus ara* cet.

OD. XIX. v. 12. *Miscentur cyathis pocula commodis*] In Ed. maiore secutus sum itscherlichii interpretationem: „ut cuiusque potoris ingenio ac viribus commodum it;" nam Doeringianam „modicis, nec nimis magnis:" arbitrariam esse non me tebat. Nunc autem praefero eam, quam praebet Forcellinus et Freund in Lexicis: plenis, integris", dummodo primae significationis ratio habeatur: „quibus cum odo quem habere debent convenit," „qui iustam habent mensuram."

Ibid. v. 16. *Gratia Nudis iuncta sororibus*] Vide pulcherrimam nudarum sororum aginem in pictura Pompeiana *Mus. Borbon.* VIII. Tab. 3. Visconti *Museo Pio-Clem.*

IV. Tab. 12. *Monum. Borghes.* Fasc. I. Tab. 5.; contra Gratias vestitas in *Museo Bor-bon.* V. Tab. 39.

OD. XXI. v. 4. *Seu facilem, pia testa, somnum*] In Curis novissimis Bentle- iussit distingui: *Seu facilem pia, testa, somnum.* Qua distinctione, et prope simili his Croftianis omnibus, nihil prorsus lucratur lector. Intelligens enim quam … stinxeris, hoc dicit poëta: „testa, quae propterea *pia* merito appellabere, ubi facil… nobis somnum adduxeris." Sed ille, ut erat acutissimus indagator logicae verita… offendit in ἐπιθέτῳ, quod sine commate illo potuisset videri vel … dumtaxat", vel etiam falsum, quia testae vel … *impiae* gerunt vel *quere…* vel *rixam.*

IBID. v. 19. *Post te neque iratos trementis*] Cum his vini laudibus praeter Dipl… locum a Mitscherlichio allatum (Exc. Grotii p. 797) cfr. Aristoph. Equit. 92…

OD. XXII. v. 1. *supinas — — manus*] Fulcierunt sic manibus supinis deos orantem vide in Visconti *Mon. Borgh.* Fasc. II. Tab. 6. Nihil similius huius P…dyles, quamquam in genere diverso, vidi quam virgines Argivas apud Eurip. Elec… 167. Seidl. — Nomen autem Graecum poëticum suo iure tribuit etiam Virgini rusti… Italicae.

IBID. v. 16. *fragilique myrto*] Eurip. El. 778: *τερείνης μυρσίνης πλόκους.*

IBID. v. 18. *Non sumptuosa blandior hostia*] Antiphanes in Grotii Exc. p. 617. *Τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τοῦτ' ἄριστον τοῖς θεοῖς.* Dio Chrysost. Or. 13. p. 435. *ὅσῳ ἂν εὐσεβέστεροι καὶ ὁσιώτεροι γένησθε, τοσούτῳ ἐλάττων ἔσται παρ' ὑμ… ὁ λιβανωτὸς καὶ τὰ θυμιάματα καὶ τὰ στεφανώματα, καὶ θύσετε ἐλάττους θυσ… καὶ ἀπ' ἐλάττονος δαπάνης.*

OD. XXIV. v. 10. *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos*] Pindarus ap… Schol. Aristoph. ad Av. 941: *Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται Στράτων, ὃς ἁμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται.* Seneca Herc. fur. 533: *Intrant Scyth… multivagas domos Et gentes patriis sedibus hospitas.*

IBID. v. 42. *paupertas — iubet Quidvis et facere et pati*] Eurip. El. 374: … *Πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.* Mox scripsit Horatius *deserit ardu…* non (ut volebat Bentleius) *deserere arduae,* scite vitans ingratum litterae caninae so… bulli

OD. XXV. v. 2. *quae nemora aut quos agor in specus*] Ad praepositionis posit… ionem lyricam cfr. Eurip. Heracl. 755: *Μέλλω τᾶς πατριώτιδος γᾶς, Μέλλω π… δωμάτων - - κίνδυνον - τέμειν.*

IBID. v. 9. *Exsomnis stupet Euias*] *Exsomnis* est *νυκτιπόλος* illa Baccha Eu…ripidis Ion. 728. Ibidem spectator orgiorum: *εἰ — Λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων Εὐι… ὄψεται ἄϋπνος ὤν.*

OD. XXVI. v. 7. *arcus*] *Arcus* hic admodum controversi admonent *sagittar…* Sat. II, 1, 117 neque *ὑπερβολικῶν.*

IBID. v. 10: *Sithonia nive*] Eurip. Andrem. 215: *Θρῄκην χιόνι τὴν κατάρρυ…*

OD. XXVII. v. 37. *Unde quo veni?*] Addenda erant exempla. Eurip. Helen. 154 … *νεώς ποτε — ἥκεις;* Ion. 807: *πῶς δὲ ποῦ νιν εἰσιδών;* Ibid. 96… *…σε;*

Ibid. v. 61. *rupes et — — Saxa*] Seneca Controv. 1, 3, p. 94. Bip.: *Moles ab-*
issa in profundum, frequentibus exasperata saxis. — Eurip. Androm. 839: *ποῦ μοι*
υρὸς φίλα φλόξ; Ποῦ δ' εἰς πέτρας ἀερθῶ κατὰ πόντον ἢ καθ' ὕλαν ὀρέων;

Ibid. v. 66. *Aderat querenti Perfidum ridens Venus et remisso Filius arcu*] Aeque
erfidum ridens Venus spectat Peleum, dum Thetidem raptat, apud Millingen *Uned.*
'on. I. Tab. 10. et Cupido Ledam a cygno compressam in pictura Pompeiana *Mus.*
orbon. Vol. X. Tab. 3.

Ibid. v. 71. *Cum — reddet*] Bernhardyus praefert Cod. Bern. antiquissimi lectio-
em *reddit,* „*jetzt, da er dir preisgiebt;*" verum scite poëta totam rem sic informa-
it, ut per totas illas Europae querelas et falsus Iuppiter tauri specie sese celans et
rus abesset, nemoque eas audiret praeter *εἴρωνας* illos, Cupidinem et Venerem.

Ibid. v. 73. *Uxor — Iovis esse nescis*] Ad constructionem cfr. Eurip. El. 644:
κόπτος οὐδὰ γιγνώσκει πόλει.

Ibid. v. 76. *tua sectus orbis Nomina ducet*] Nullus interpres, quod sciam, aut ex-
licavit hunc num. plur. *tua — nomina* aut in eo haesit praeter Peerlkampium, qui
mnia inde a v. 33., *quae simul* cet. Horatio abiudicavit, hic inter alia adnotans:
Non laudandus est pluralis *nomina* pro *nomen.*" Verum sic videtur interpretatione
efendendus: „Ubique, apud omnes gentes, sua cuiusque lingua appellabitur tuo
omine."

OD. XXIX. vv. 49. 50. *Fortuna — Ludum insolentem ludere pertinax*] Iuven. 6,
98: *Secretumque sibi mimum parat* (Fortuna).

Ibid. v. 63. *Tutum per Aegaeos tumultus*] Plutarch. de tranq. an. 17: *Ἐὰν τις*
ξωθεν ἀρχὴ πάθους ὥσπερ διαδρομὴ γένηται σπιλάδος, εὐσταλεῖ καὶ κούφη
ἐραίᾳ παρήνεγκεν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης.

OD. XXX. v. 1. *Exegi monumentum*] Similiter aeternitatem Lucianus vaticinatur
bro suo, qui inscribitur Imagines C. 23. neque abhorret comicum Philoxeni testa-
entum apud Machaonem in Grotii Exc. p. 851: *Τοὺς διθυράμβους σὺν θεοῖς*
αταλιμπάνω Ἠνδρωμένους καὶ πάντας ἐστεφανωμένους, Οἷς ἀνατίθημι τὰς
ιαυτοῦ συντρόφους Μούσας, Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον ἐπιτρόπους.

Ibid. v. 8. *dum Capitolium*] Cassius Dio Excerpt. Vatic. p. 154: *Σιβύλλης χρη-*
μὸς ἐφάσκετο Καπιτώλιον κεφάλαιον ἔσεσθαι τῆς οἰκουμένης μέχρι τῆς τοῦ
όσμου καταλύσεως.

LIB. IV. OD. I. v. 3. *bonae — — Cinarae*] „pulchrae" explicat Ruhnkenius ad
er. Phorm. 1, 2, 37. Vereor, ut recte. Cfr. Epp. 1, 14, 33.

Ibid. v. 10. *purpureis ales oloribus*] Sic etiam Pindarus de quovis nitore et splen-
ore. Cfr. (Pyth. 4, 326. H. Mitsch.) et Nem. 11, 28: *ἐν πορφυρέοις ἔρνεσιν (ἐλαίας).*
edi *nelle Annotazioni al suo Ditirambo. Opere Ed. di Milano* I. p. 282.

Ibid. v. 15. *centum puer artium*] Catull. 12, 8: (Pollio) *leporum Disertus puer ac*
icetiarum.

OD. II. v. 7. *Fervet — — Pindarus*] Schol. Pind. ad Olymp. 1, 3, de Pindaro:
ερμός τις ὢν καὶ πολύνους ἐπὶ τὰ νοήματα. Dionys. Long. 48, 3: *ὁ Πίνδαρος*
αὶ ὁ Σοφοκλῆς ὁτὲ μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ κτλ.

Ibid. v. 27. *apis Matinae*] Aristoph. Av. 737. Bekk.: *Μοῦσα λοχμαία, ποικίλη μεθ' ἧς ἐγὼ νάπαισι κορυφαῖσί τ' ἐν ὀρείαις ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου -- Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω· -- ἔνθεν, ὥσπερ ἡ μέλιττα, Φρύνιχος ἀμβροσίων Μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν, ἀεὶ φέρων γλυκεῖαν ᾠδάν.*

Ibid. v. 45. *forum Litibus orbum*] Pind. Isthm. 3, 26: *καλαδέκτας ὀρφανὸς ὕβριος.*

Ibid. v. 45. *si quid loquar*] Bernhardy me reprehendit, quod coniunctivum praetulerim indicativo; mihi vero *loquar* et fuit et nunc est futurum indicativi.

Ibid. v. 48. *Teque, dum procedit,*] Reprehendit Bernhardy hanc meam lectionem quam sane certa quadam difficultate premi ipse haud diffiteor. Sed haec addit *Nicht bloss* teque *oder* tuque, *auch* dum, *das Horaz nach dem ersten Buche nirgends in den Carmina anwendet und einigemal (z. B. Od. 2, 12, 25 und im Epod. 5, 55) mit den Mss., wo cum für den Begriff* zur Zeit wo *das bessere), zu vertreiben ist, scheint ein Flick statt der ursprünglichen Lesart zu sein.* Sed quid substituendum sit v. *dum*, quomodo totus versiculus legendus, non dicit. Et nova mihi accidit sententia ista de part. *dum*, ab Horatio post Carminum Lib. I. nusquam usurpata: est enim Od. 2, 3, 15. 10, 2. 11, 16. 12, 25. Od. 3, 7, 18. 11, 25. 17, 15. 20, 9. 21, 24. 30, 8. Od. 4, 12, 26: ergo undecies.

OD. III. v. 2. *placido lumine videris*] Pind. Olymp. 7, 11: *ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει Χάρις ζωθάλμιος.*

Ibid. v. 16. *dente minus mordeor invido*] Pind. Pyth. 2, 53: *δάκος ἀδινὸν κακαγοριᾶν.*

OD. IV. v. 4. *in Ganymede flavo*] Schol. Vatic. ad Eurip. Troad. 822: *Τὸν Γανυμήδην καθ' Ὅμηρον Τρωὸς ὄντα παῖδα Λαομέδοντος νῦν εἶπεν ἀκολουθήσας τῷ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότι.* Cfr. Lucian. Dial. D. 4. et egregiam picturam Pompeianam *Mus. Borbon.* Vol. X. T. 56.

Ibid. v. 11. *in reluctantes dracones*] Aquila cum dracone luctans, imago fortitudinis bellicae, est in ocrea *Musei Borbonici* Vol. VII. T. 14.

Ibid. vv. 15. 16.] Cfr. omnino Weberum ad Iuvenalem p. 350.

Ibid. v. 17. *Raetis — sub Alpibus*] In Vanderburgii explicationem lect. *Raeti* illius adnotatione nunquam visa inciderat etiam Gustavus Schwab, praeclarus poëta meus amicus. Neuter tamen mihi adhuc persuasit: *Raetum* quidem heroëm nosse poterat Horatius, ut novit Livius; sed positio ipsa non placet *Raeti sub alpibus*, et longe differt *Pacori manus.* Cuninghamius Animadvv. p. 50. adnotat diu ante Bentleium legisse *Raetis* Sarbievium 1, 6, 30: *Pugnata Raetis bella sub Alpibus.*

Ibid. v. 20. *Amazonia securi*] Inspice imagines Amazonum cum securi apud Millingen *Uned. Mon.* I. T. 19. *Mus. Borbon.* Vol. VI. T. 3 et 5. Totum locum cum recentiorum plerisque pro subditicio habet Bernhardy; meam sententiam contrariam nondum mutavi.

Ibid. v. 24. *revictae*] Idem verbum restituendum videtur Ovidio Met. 9, 74: (Hydram) *domui, domitamque peremi;* ubi al. *revinxi, reduxi, redegi, resolvi, subegi*: quidni *revici?* cuius v. glossemata sunt illa sex alia.

Ibid. v. 61. *Non Hydra secto corpore firmior*] Eurip. Herc. fur. 1274: *Τήν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα Ὕδραν φονεύσας.* Idem dictum a Cassio Dione (Exc. Vat. p. 30. Lips.) tribuitur Pyrrho: *ὡς τὸ στράτευμα τοῦ Λαβινίου* (Laevini) *πολλῷ πλεῖον τοῦ πρόσθεν εἶδεν, Ὕδρας ἔφη δίκην τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων κοπτόμενα ἀναφύεσθαι.*

Ibid. v. 65. *Merses profundo: pulchrior exiet*] Eurip. Suppl. 223. de Athenis; *σὴ πάτρις· ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται.* — *Exiet* est apud Tertull. adv. Iud. 13. *redies* apud Appul. Met. p. 419. Acriter reprehendit Bernhardy meum et Meineckii iudicium atque *evenit* longe praefert. Vidento etiam alii.

Ibid. v. 73. *Nil Claudiae*] Tribui haec Hannibali; sic Pind. Olymp. 4. Ergini, non poëtae, verbis finitur, sic Nem. 1. Tiresiae vaticinio.

OD. V. v. 7. *gratior it dies*] Plin. Paneg. 68: *securus tibi et laetus dies exit.*

Ibid. v. 30. *redit*] Alii *venit*; sic pro *rediret* alii *veniret* Epp. 2, 2, 22.

OD. VI. v. 11. *Procidit*] Adde ex Schollis Vatic. in Troadas v. 14: *Ἀχιλλέα ἐλθόντα ἐπὶ τὸν γάμον τῆς Πολυξένης οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ λόγχαις ἀνεῖλον.*

Ibid. v. 17. *palam captis*] Buttmanno placebat *palam captor*, vocabulum sane barbarum; nam cum unice legeretur in malo epigrammate Anthol. Burm. 3, 162, 8. ibi Meyerus meus N. 1093. e Cod. Salmas. dedit *raptor*.

Ibid. v. 36. *mei — Pollicis ictum*] *χειρονομοῦντά με.* Cfr. Boissonade ad Aristaen. p. 384.

Ibid. v. 38. *Noctilucam*] Inscr. Musei Kirch. ed. Brunatii p. 10: *DOM. DIANAE LVCIFERAE. ANTISTIA. VETERIS. LIB. EVR. D. D.*

OD. VII. v. 25. *pudicum — Hippolytum*] Vide egregiam picturam Pompeianam in *Museo Borb.* Vol. XI. T. 2.

OD. VIII. v. 15. *Reiectaeque retrorsum*] Exemplis adde Plin. Paneg. 38: *retro recurrere.*

Ibid. v. 20. *Calabrae Pierides*] Ennius nominatim in Scipione (quam Satiram ego antiquiore significatione fuisse arbitratur Lersch in Museo Rhen. 5, 3. p. 416), ubi inter alia haec dicit: *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur?*

Ibid. v. 27. *divitibus consecrat insulis*] Seneca de Prov. 2: *Mors illos consecrat, quorum exitum et qui timent laudant.*

OD. IX. v. 29. *Paullum sepultae distat inertiae Celata virtus*] Consulto hic quoque silentio praeterii Peerlkampii suspicionem: *Paullum sepulti* cet. Melius quam ceteri Scholiastae Commentator Franequeranus exposuit locum nequaquam difficilem: „Nihil interest inter celatam virtutem et inertiam; nam virtus carens litterarum monumentis procedente tempore perdit famam et similis fit ignaviae, de qua nemo loquitur."

Ibid. v. 34. *animus — Vindex — Consulque*] Exemplis a Bentleio collatis addere licet Plin. Paneg. 55: *contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate florescit.*

OD. X. v. 3. *deciderint*] Nostram interpretationem firmat Martialis 11, 79: *Tondebit pueros iam nova nupta tuos.* Lucian. Amor. 10: *ὁ Ἀθηναῖος εὐμόρφοις παισὶν ἐξήσκητο, καὶ πᾶς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένειος ἦν μέχρι τοῦ πρώτου ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ παραμένοντες, ἐπειδὰν δὲ ἰούλοις αἱ παρειαὶ πυκασθῶσιν οἰκονόμοι καὶ τῶν Ἀθήνησι χωρίων κηδεμόνες ἀπεστέλλοντο.*

OD. XI. v. 9. *Cuncta festinat manus*] Iuvenal. 14, 59: *Hospite venturo cessabit nemo tuorum: Verre pavimentum, nitidas ostende columnas, Arida cum tota descendat aranea tela*, cet.

OD. XII. v. 11. *nigri Colles Arcadiae*] Pind. Olymp. 6, 40: *λόχμας ὑπὸ κυανέας*. Pyth. 1, 28: *Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις — κορυφαῖς.*

CARM. SEC. v. 14. *Ilithyia*] Pindaro (Nem. 7, 1.) est Iunonis filia; contra Eurip. Suppl. 958: *Ἄρτεμις λοχία.* Plut. Sympos. 3, 10, 3: *Οἶμαι καὶ τὴν Ἄρτεμιν λοχείαν καὶ Εἰλείθυιαν οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν Σελήνην ὠνομάσθαι. Τιμόθεος δὲ ἀντικρύς φησι· Διὰ κυάνεον πόλον ἄστρων Διά τ' ὠκυτόκοιο Σελάνας.* Bentlei *Genetyllis* elevatur etiam a Luciano Amor. 42: *πᾶς θεὸς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας κτλ.*

Ibid. v. 27. *Terminus servat*] Servius ad Virg. Ecl. 4, 17. *servet*, sed *servat* dictum est. *Terminus* est Pindari Pyth. 9, 44: *κύριον πάντων τέλος.* Eurip. Suppl. 616: *θεοὶ - - Πάντων τέρματ' ἔχοντες·* atque omnino his verbis poëta *παραφράζει* Graecorum *Μοίρας τελεσφόρους*. (Dio Chrysost. Or. 7. p. 269. R., ubi cuncta geniturae humanae numina enarrat, omissa tamen, ut par erat, Genetyllide.) Lucan. 2, 10: *(parens rerum) secula iussa ferentem Fatorum immoto divisit limite mundum.*

EPOD. I. v. 20. *Serpentium allapsus*] Silius Ital. 12, 56: *tacito si ad culmina nisu Evasit serpens.*

EPOD. II. v. 27. *Fontesque*] Marklandus pro sua coni. *Frondesque* afferre poterat Quintil. 10, 3, 24: *silvarum amoenitas et praeterlabentia flumina et inspirantes ramis arborum aurae volucrumque cantus.* Ridicule ingeniosa est Praedicowii coniectura *Fontesque lymphis* gen. singul.

Ibid. vv. 69. 70. *Idibus — — Kalendis*] Plutarch. de vit. aer. al. 2: *ἡ αὐτάρκεια οὐδ' ἀναμνήσει τῶν καλανδῶν καὶ τῆς νουμηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν οὖσαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ καὶ στύγιον.*

EPOD. III. v. 5. *Quid hoc veneni saevit in praecordiis?*] Cfr. Sat. 1, 4, 26. Seneca Ep. 95: *garum non credis urere salsa tabe praecordia?*

Ibid. v. 17. *efficacis Herculis*] Herculem Maximus Tyrius Diss. 3, 7. vocat: *τὸν τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν πόνων ὁμιλητὴν καὶ ἀγωνιστὴν καὶ ἐθάδα* et similius etiam huic loco Diss. 21, 6: *κατορθωτὴν ἔργων.*

EPOD. IV. v. 14. *Appiam mannis terit*] ut *τρίβειν*. Arat. 230: *Μεσσόθι δὲ τρίβει μέγαν οὐρανόν.* Cic. Arat. 2: *caeli mediam partem terit.*

Ibid. v. 17. *tot ora*] Bentleius *aera*; verum non sine causa Bosius p. 47., num *aera rostrata* satis Latine dici possint, dubitat, cum *aes* pro ipso rostro ponatur, ut

4

Aen. 1, 39: *spumas salis aere ruebant.* De multiplici v. *ora* usu apud poetas cfr. Marklandum ad Statii Silv. 2, 1, 215.

EPOD. V. v. 26. *Avernales*] De *ψυχομαντείῳ* ad Avernum lege Maximum Tyrium Diss. 14, 2.

Ibid. v. 28. *currens aper*] Post Heinsii et Bentleii *Laurens* Praedicowius proposuit *certans*, Peerlkampius *ruens*; quo quid lucremur non intelligo. Cfr. Virg. Aen. 4, 524: *spumantis apri cursum clamore prementem.* Verbum est in primis aptum propter comparationem cum Sagana itidem domum percurrente.

Ibid. v. 43. *Et otiosa — Neapolis*] Silius 12, 510. de eadem urbe: *Nunc molles urbi ritus atque hospita Musis Otia et exemptum curis gravioribus aevum.*

Ibid. v. 54. *Iram atque numen vertite*] Satis mire Cod. Brodaei *Arcum* cet., quod tamen per errorem ortum est ex v. 52. *Arcanae.*

Ibid. v. 87. *fas nefasque*] Frequens haec compositio. Pind. Olymp. 2, 15: *τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν κτλ.* Aristoph. Eq. 116: *καὶ δίκαια κἄδικα.* Plut. 225: *καὶ δικαίως κἀδίκως*. Ovid. Met. 6, 585: *fasque nefasque confusura ruit.* Tacit. Hist. 2, 56: *in omne fas nefasque avidi aut venales non sacro, non profano abstinebant.* — Pro Lambiniana difficilis loci interpretatione afferri poterat Seneca Controv. 1, 7: *Magnis sceleribus iura naturae intereunt.* Verum meam retineo.

EPOD. VI. v. 10. *Proiectum odoraris cibum*] Cato Censorius apud Gell. 15, 1. de M. Caelio: *Frusto panis conduci potest, vel uti taceat vel uti loquatur.*

EPOD. VII. v. 14. *albus ora pallor inficit*] Tasso Gerus. 8, 14: *al fero annunzio Tingon di bianca pallidezza il viso.*

EPOD. IX. v. 20. *Puppes sinistrorsum citae*] Incredibilis mihi accidit interpretatio Doederleinii Syn. 2. p. 153. *sinistrorsum* esse idem ac *sinistre*, et tropice sic accipiendum: „in deterius citae." Vv. *sinistrorsum*, *dextrorsum* propriam significationem sua natura exuere nequeunt.

Ibid. v. 30. *Ventis — non suis*] Seneca Ep. 71: *Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est.*

EPOD. XIII. v. 1. *Horrida tempestas*] *Φρίσσοντας ὄμβρους* dixit Pind. Pyth. 4, 81. — Aristides *εἰς Δία* p. 9. Dind.: *ἡ οὐρανοῦ καὶ ὄμβρον συνουσία Διός.*

Ibid. v. 11. *Centaurus*] Adde locis de Achille a Chirone educato Pind. Pyth. 6, 21. Eurip. Iphig. in Aul. 696. Hartung. Ibid. v. 700. educavit eum: *Χείρων, ἵν' ἤθη μὴ μάθοι κακῶν βροτῶν.* De *Ὑποθήκαις Χείρωνος* cfr. Schultz in Mus. Rhen. 5, 4. p. 600.

Ibid. v. 16. *mater — caerula*] Egregiam Thetidis grypocampo per mare vectae filioque novum scutum apportantis imaginem habes in *Musei Borbon.* Vol. X. T. 19.

EPOD. XIV. v. 9. *arsisse Bathyllo*] Maximus Tyr. 24. p. 481. R.: Anacreon *πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινεῖ πάντας· μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας.*

EPOD. XVI. v. 41. *Oceanus circumvagus*] absolute ut Ovid. Met. 15, 739. *circumfluus amnis.*

EPOD. XVII. v. 42. *Helenae Castor offensus vicem*] Exemplis Zumptianis Gram §. 453. adde Plaut. Trucul. 155: *Quae in nos illosque, ea omnia tibi dicta. Dinarch Et nostram et illorum vicem.* Tacit. Hist. 1, 29: *imperii vicem doleo.* Bernhar vitiosum illud *vice* adhuc praefert.

SAT. LIB. I. SAT. I. v. 15. *Si quis deus*] Sat. 2, 7, 24: *Si quis ad illa de subito te agat, usque recuses:* eadem constructione; unde hic firmatur lectio *nolint*

Ibid. v. 29. *Perfidus hic caupo*] Caupones cum furibus et fugitivis consociant apud Iuvenal. 8, 174.

Ibid. v. 31. *senes ut in otia tuta recedant*] Seneca de Brev. vit. 4: *Audies plerosq dicentes: „A quinquagesimo in otium secedam, sexagesimus annus ab officiis me d mittet.“* Et similiter Epicteti exsul apud Arrian. 1, 10, 2.

Ibid. v. 33. *Parvula — — formica*] Iuvat hic quoque afferre Iulii Caesaris Sca geri perversum iudicium. Poët. L. 6. p. 875: *Multis etiam locis astrictior et cast gatior Iuvenalis est: veluti de formica in sexta:* tamen utile quod sit, Prospiciunt a quando viri, frigusque famemque Formica tandem quidam expavere magistra. *Horatius multo tractu orationis:* Parvula - - - futuri.

Ibid. v. 38. *Cum te neque fervidus aestus Demoveat lucro, neque hiems*] Incert in Grotii Exc. p. 909: *Κέρδαιν', ἑταῖρε, καὶ χειμῶνος καὶ θέρους.*

Ibid. v. 61. *bona pars*] Bernhardy disputans de Od. 4, 2, 42: „*Orelli fasst* do bona pars *vielleicht übereinstimmend mit denen, welche Sat.* 1, 1, 61. at bona pa hominum, *vom Deutschen verführt von einem* guten Theil Menschen *verstehen; wä rend* bonus *in allen solchen Stellen den* Kern, *die* Blütenlese *ausdrückt.* Hocine igit dixerit, flos ac robur hominum perversorum, „Nil satis est", inquit? Et A. P. 29 *bona pars non ungues ponere curat, der Kern und die Blütenlese der verrückten Dichte longe?* Cras credo; hodie nihil.

Ibid. v. 68. *Tantalus*] Prorsus ut hic, Tantali imago proponitur apud Lucia Tim. 18.; eandem magis ad voluptatem nunquam expletam quam ad avaritiam refe Maximus Tyrius Diss. 4, 4.

Ibid. v. 77. *Formidare — — servos, Ne te compilent fugientes*] Locus perqua memorabilis de fugitivis est apud Arrian. Epict. 3, 26. initio. Et prorsus ut hi ibid. eod. 12: *περὶ τῶν δουλαρίων τρέμε, μὴ κλέψῃ, μὴ φύγῃ, μὴ ἀποθάνῃ.*

Ibid. v. 80. *At si condoluit*] Novam explicationem huius loci proponere conat est Doederleinius Lectt. Horat. XVII.

Ibid. v. 84. *Non uxor salvom te volt*] Dio Chrysost. Or. 17. p. 464: *ἡ πλεονεξ μέγιστον ἐστιν αὐτῷ τινι κακόν· λυπεῖ δὲ καὶ τοὺς πέλας. καὶ τὸν πλεονέκτ οὐδεὶς ἐλεεῖ δήπουθεν· — προβάλλονται δὲ ἅπαντες καὶ πολέμιον αὐτὸν νομ ζουσιν.*

Ibid. v. 90. *Infelix*] Cfr. Hermannum ad Eurip. Ion. 914. Exempla huius sig ficationis („stultus, perversus" ac propterea ad finem suum non perveniens haec adde ter apud Sophoclem *ἄνολβος*. Ant. 1026. 1265. Aiax 1156. Plut. cohib. Ira. 14: *Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστ*

ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; Max. Tyr. 2, 3: τύραννον μὲν τῇ φύσει, ἰδιώτην δὲ τῇ δυστυχίᾳ.

Ibid. v. 46. ut se Non unquam servo melius vestiret] „quam servulos suos." Arrian. Epict. 4, 1, 37. libertus, quem libertatis adeptae poenitet: τί γάρ μοι κακὸν ἦν; ἄλλος μ' ἐνέδυεν, ἄλλος μ' ὑπέδει, ἄλλος ἔτρεφεν, ἄλλος ἐνοσοκόμει.

SAT. II. v. 30. *Olenti in fornice stantem*] Dio Chrysost. Or. 7. p. 268. R.: σώματα ἀργυρώνητα ἐπ' αἰσχύνῃ προϊστάντας ἐπ' οἰκημάτων ῥυπαρῶν.

Ibid. v. 41. *Hic se praecipitem tecto dedit:*] Perquam similia de Peregrino Proteo narrat Lucianus Peregr. 9.

Ibid. v. 83. *Adde huc quod mercem sine fucis gestat, aperte, Quod venale habet, ostendit*] Contraria prorsus de meretricibus Atheniensibus narrat Alexis in Grotii Exc. p. 571.

Ibid. v. 98. *parasitae*] Graphice has describit Hieronymus ad Eustochium suam 22, 29: *Has virgines et viduas, quae otiosae et curiosae domos circumeunt matronarum, quae rubore frontis attrito parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes abiice.*

3564. Certus esse velim non idem cum hac inscr. accidisse Dorowio atque mihi accidit cum alia inscriptione ad Viam Appiam prope sepulcrum Caeciliae Metellae effossa: C. MVRDIV. . || FORTVNATVS || NVMQVA FELIX || MILIT. A. . . Supplendum enim credidi MILIT*iAe*, simillimamque nostrae inscriptionem invenisse me ratus sum. Quum autem duobus annis post mihi contigisset ut ipsum marmor manibus tractarem et accurate examinarem, eiusmodi ultima verba esse inveni: || MILIT ANN . . . . || COH . . . . .

3557. Exscr. in Vatic. D. M. || P. AELIO - MONNI - XXXVI - || AVRELIVS SEXTIANV.§ — Habet iam Grut. 517. 9. — 3559. Exscr. in Capitol. D. M. in lapide neque est neque fuit. — 3569. Omnino corrigenda ex Amadut. Anecdd. IV. p. 525; Fea Fasti p. 86. — 3574. Corrigenda e Vigilibus meis n. 42.

3594. Urbini apud Fabrettum. — 3657. Aquileiae. — 3658. Grut. exemplar pessimum; sequendus erat Morcellius St. p. 528. qui inscriptionem ex αὐτοψίᾳ exhibet. — 3669. Correctio: 4906. — 3672. Exscr. in Villa Matthaeia. — FORTVNAE || - PRAEFECTVRAE - INTRA.

3699. Aquilae exscr. Bunsen. T. TITSIENO. OCI . . . VI || . . . . ORFIO FVLCINIO || C. IECIO. AED || PRAEFECTVRA — Pro PRO REDITV quod praeferendum videtur, Bunsen: PPC . . . TDIAN - AVG || FORTVNA.

3705. Exscr. mihi Ambrosch. — 3722. Exscr. mihi H. Bunsen. — ELAINI. - COLL. FABI - ANNONAM. PERPETVO || - L. D. D. D. C. A. T. VARIO. SEVERO.

3746. Fabr. 184. 401. IVLIO MA||R. CO - OMN. MVNERI - ANNIS. XII. MSIBV DVOBVS D||IEBVS. Exscripsi in Vaticano.

3785. Aletri unde mihi misit Tomeius gubernator. — 3786. Lanuvii.

3794. LANVV||INORVM Giov. — 3810, iterum 4050; lapis fractus est initio versuum primi et sexti; Iorio p. 30.

3888. Exscr. in Vatic. — AVGVRI LAVR || - COLLEGIA FABRVM. - CLEMENTIS || COL||LEGIOR. QVI. AB. IPSIS. OB. LATV. — 3929. In Castello Fusano exscr. Kramer. — AVGVSTALIS QVINQVENN || - AVGVSTALI IDEM. — 3949, iterum 4100. — 3970. Exscr. in coenob. S. Pauli: P. CORNELIVS. — 3982. Aquilae exscr. mihi Ambrosch et Kramer. — 4001. Exscr. mihi Ambrosch; v. 4: CASIN. — 4025. Grut. 1125. 2. non legitur cognomen *Legio*. — 4035. Cum Forcellinio s. v. *Iduarius* lege: *Kalendariorum et Iduariorum*. Inscriptionem quae cognomen *Iduarius* exhibet (Donat. 401. 5.) exscr. ego in Vaticano. — 4059. Exscr. mihi Ambrosch.

4077. Exscr. in Vatic. — D. M. S || C. SENTIO REGVLIANO. EQ. R. || DIFFVS OLEARIO EX BAETICA || CVRATORI EIVSDEM COR||PORIS. NEGOT. VINARIO. LVGV||DVN IN CANABIS CONSISTEN || CVRATORI ET PATRONO EI||VSD. CORPORIS. NAVTAE ARARI||CO PATRONO EIVSD. CORPORIS. || PATRONO. IIIIII VIR LVGVDVNI. || CONSISTENTIVM. L. SENTIVS || REGINVS AVG. ET VLATTIA. || METRODORA FILI. EIVS|| DEM PONENDVM CVRAVERVNT. || PROCVRANTE DIONYSIO ET || BELGICIANO ET (Nihil deest.)

4090. Marinii inscr. haec est:

. . . .
AVSTORIBVS IN CVPA. VNA. NVMM. XXX.
TABVLARIIS IN.SINGVLIS. APOCIS NVMM XX
EXASCIATORI IN CVPA VNA NVMM. X
FALANCARIIS QVI DECICONIIS AD TEM-
PLVM CVPAS REFERRE CONSVERVNT
NVMM . . .
CVSTODIBVS. CVPARVM . . . .
DEAMPVLLIS. PLACVIT VT POST DEGVSTATI
POSSESSORI REDDANTVR . . . . . .
PROFESSIONARIIS. DECICONIIS STATIM VT
ADVENERET
VINVM IN VNA CVPA NVMM. CXX.
. . . .

Miserum Fragmentum huius inscr. in Vatic.. inveni, quod monstrat falso a Marinio superne et manu sinistra fracturam indicatam esse. Ita enim se habet:

AVSTORIBVS IN CVPA VN...
TABVLARIIS IN SINGVLISA..
EXASCIATORI IN . . . .
FALANCA . . . .
. . . .

4132, iterum 4453. — 4155. Exscr. in Vatic. — FAVSTI || - FORTVNATI - FECERVNT || - ET LIBERTIS § LIBERTA || - POSTERISQVE § EOR||VM.

4163. Exscr. in Vatic. D. M. non est in lapide. — L. FVRIVS || L. L. - DE || SACRA - LU . F || TERTVLLAE. Subtus in duabus tabellis parvulis marmori iuxta duas arbores insculptis legitur PVSILLV . . . et NIMPHIS

4181. Exscr. in Mus. Kirch. — IVCVNDÆ || - CORINTHIS - ENP. EST (non EMP) * I M ARGENT. — 4184. Exscr. ibidem. — ALLIVS (?)

4186. Sched. Boghetich. habent MAVRENTIVS. — 4196. Exscr. in Vatic. Nunc versus primus paene erasus est; litterarum residua cum lectione Gruteriana conveniunt. V. 3. legi HOR. VIII. MEVIVS.

4217. Exscr. in Vatic. P. CALVIVS. P. F||IVSTVS || MANCIPS || OFICINARVM || QVINQVAE || ITEM. FLATVRAE || ARGENTARIAE || HOC. MONVMENTVM || CVM. AEDIFICIO || ME. VIVVS. FECI. MIHI. ET || CALVIAE || ASCLEPIADI || CONIVGI. — 4223. Exscr. in Vatic. — 4230. Itid. PYE. — 4235. Itid. - RECTOR || IMM. II. HON. - || MESORIBVS - QVIB. EX. S. C. COIR. LIC. || - D. D. || NOB. - * II. - || QQ. II. || DEDIC. XV. KAL. IVN. (passim insculpti sunt accentus.)

4240. Exscr. in Vatic. — ET. P||RVBRIVS AGATHO SOLARIVM - ITEM PAVIMENTVM|| - || CIRCVMITVM. — 4249. Excsr. in coenob. S. Pauli. — 4255. Exscr. in Vatic. - DIS. Ultimum versum ego quidem in lapide non vidi.

4270. Exscr. in Mus. Kirch. - VOLCACI. — 4272. Berini, Stato del Timavo p. 23. Effossa est a. 1778 „alla punta Barbariga, dirimpetto a Pola," deinde Venetias transvecta in Mus. Nanium. Edita est a Gravisio in dissertatione operibus comitis Carli inserta. Berini diversam habet versuum distributionem; praeterea omittit D. M.; v. 3. legit HYSTRIAE, similiter v. 6; v. 5: CISSÆNS; v. 7: T. CORYLL. CRYSOMALVS; v. ult.: LIBER.

4333, iterum 4790. Exscr. in Vatic. Non termino, verum protomae feminae insculpta est. Effigies est dimidiata et parvula; supra caput telum extenditur; ad sepulcrum pertinuisse videtur. - IVSSERIT lapis.

4334. Exscr. in Villa Altieria. C. IVLIVS CAN||DIDVS LIB. SAMIARI . . || QVINTIANI - AESCINIANO - || LÆVA. AMONIMENTO - INTRORVRSV || — || SAMIARIS DORYPHORION. — 4358. Postea edita in Annal. d. Inst. arch. 1851. p. 387. una cum duobus maioribus fragmentis.

4360. Exscr. in Vatic. — IVLIANII. V. . . . || — || HONORIFICENTIAE . . . . N - REQV . . . || MVS - TESTAMENTV . . || FECI - ET HOC IPSV. EXPL. - ETNO||HABT - POSSEDEAT || — 4370. Vidi in Mus. Kirch., tempus vero describendi defuit. — 4379. Exscr. in Vatic. - HEREDEM NON. — 4388. Exscr. in S. Mariae trans Tiberim. - SIBI. ET. SVIS.

4391. Exscr. in Vatic. TRANSIENS non est in marmore. - MONIMENTVM || SIVE SEPVLCHRVM QVOD || — || VIVVS ET IVNIA. — IIS.

4403, not. 1. Mihi est: Cum Consilio Collocutus, ut in lapide Capitolino (Vigiles n. 15) qui Vigil. Praefectorum interlocutiones continet.

4429. Spalati. Emendavi e sched. Boghetich. — ET || CENT - P. M. LI. MENS. V. D. X || - IANVVARIE - * XXV || — 4436. Exscr. in Vatic.

4530. Exscr. in aedib. Rondaninis. - AN. XVIII. M. VIIII. || D. XVI - FEC . . . nunc abest, itidem totum fragm. alterius inscr. — 4532. Exscr. in Vatic. - CONPARAVIT - POSTERIS || EORVM.

4549. Exser. in Villa Altieria. V. E. || (non V. C||) - CONPARAVERVNT - ET HORTVLO - IS LM. IL N (sic).

4559. Exscr. in Vatic. D. M || CLAVDIAE. FOR||TVNATAE F. DVL||CISSIMAE B. M IN AGRO P. IIII || IN LATITVDINE || P. II || FECIT CLAVDIA || CHARIT MAT || VIXIT ANN. XI || MX.
4561. Exscr. in coenob. S. Pauli.
4698. Exscripsi. — C. POBLICIO - MONVMENTO. - Parte intuentibus dextera repe titur inscriptio, ita vero muro tecta est, ut nonnisi duae primae litterae le gantur: C. P . . . . .
. . . . .
4749. not. 2, potius NATVS.
4760. Exscr. in Vaticano.
4774. Mihi quoque suspecta. Quod vero ad praenomina attinet, proposuerim leger M'. FLORVS M'. FL. F. M'. FL. PRONEPOS.
4775. Exscr. in Capitolio. Not. 5. Lapis habet ut Grut.
4784. Exscr. in Vatic. - FELICVLÆ || - MERENTI. - || POTERISQVE. (sic) - TVMVLVM - SIT leg pro SET.
4786. Exscr. in Vatic. - INQVITARE - || CONPARABIT — Non ornamenta obscoena verum Genius facem tenens et biga vectus.
4821. Exscr. in Vaticano.
4831. Exscr. in Villa Aldobrandina.
4838. Salerni exscr. Ambrosch.
4877. „ipsi lapidi insculpta?" Ipsi lapidi. Conservatur nunc in Museo Capitolin iuxta tabulas Arvalium. Ita vero muro affixa est columna, ut nonnisi Maxent inscriptionem oculis legere possis; graecam digitis legas necesse est.
4927. Exscr. in Vaticano. Abest nunc prima littera.
4928. Exscr. in Vaticano. — || LAVDIVS (sic, non CLAVDIVS) Fortasse lapis Vaticanu recens exemplum inscriptionis antiquae est, id quod forma quoque litterarur monstrare videtur. Alioquin legerem: L AVDIVS (L. Avidius).
4933. Exscr. in Vaticano. - PATRIS. PYRGENSIS.
4949. Omissum est: Ibid. p. 469, 15.
4952. Tibure cippus inventus est, exstat Maceratae.
4983. Annal. für Nassauische Alterthumskunde I. fasc. 2 et 3. p. 18. — CONLABSVM RESTITVERVNT - MATTIACORVM - HI. QVORVM - CVR BIS (pro C. VRBIVS v. 6. Maximini nomen scalpro paene erasum est.
4994. Habui e sched. Lanzii.
4995. Itidem. In fine D. XX.
4996. Itidem. Not. 1. Quidni *Miles?*
5003. Exscr. in Vaticano. — QVAESTORI || - M. *Aureli* - PII - MONETALI. Nominis era tres priores litterae optime distinguuntur: COM||||||||
5013. Exscr. in Vaticano.
5031. Secundum Bull. d. Instit. archeol. 1832. p. 167. legendum est: NARIÆ || NOV SAN||TIÆ || T. FRONTIN || HIBERNVS || V. S. L. M.
5048. Exscripsi in coenobio S. Pauli. — ADITVM NON HABEB. ET. (*habebit*).

3514. Supra omisi. Exscr. in Vaticano. Singula verba punctis distincta sunt. - MANI-PRETII || - NEGOTIANTIVM - QVAE. AT||TINGVNT. EIDEM - || IIVIRATV . . . . . IVI . .

4947. Exscr. in Vaticano. Supra exsculptus est puer clava armatus, ad cuius sinistram panthera, ad dextr. cervus. || MILIARIVM. SECVNDVM. ET. $\overline{III}$ || - PRAEDIS - COLLEGI. EIVS DE IVLIA. MONIME || ET. SOCIS - MONIMES || - SAGRIFICIA (sic) - ITA LICLAT (sic) - || . . . . IPSINE - || . . . . I SVNT || . . .

* * *

Inter libros epigraphicos nuper in Italia editos praeter Kellermanni Vigiles et Iosephi Brunatii *Musei Kircheriani inscriptiones ethnicas et christianas in sacras, historicas, honorarias et funebres distributas, Commentariis subiectis Q. I. M. D. G. C.* (quod in maiorem dei gloriam cedat.) *Mediolani, ex typographia Poliania* 1837. 8. eminent I) *Le antiche lapidi del Museo d'Este illustrate. Padova, Minerva* 1837. 8. dono mihi missae a doctissimo editore, Iosepho Furlanetto, de quibus nonnullas excerpam.

Pag. 1. Optimis argumentis defendit Insc. m. Lat. 1584., quae mihi subditicia visa erat, atque emendatiorem ita exhibet:

IANO. PATRI
AVG. SACRVM
C. IVLIVS. C. F. SER
AETOR (sic). AED
DONATVS. AB. TI. CAES
AVG. F. AVGVSTO. TORQ
MAIORE. BELLO DELMA
TICO. OB. HONOREM
$\overline{II}$. VIRATVS. CVM. LIBERI
SVIS POSVIT

Pag. 15 seqq. correctiores quam antea editae sunt, exhibet sex Inscriptiones Capuae repertas, a Borghesio sibi missas admodum memorabiles propter vocabulorum nonnullorum scriptionem: exempli causa:

N. PVMIDIVS. Q. F	M. RAECIVS. Q. F
M. COTTIVS. Q. F	N. ARRIVS. M. F
M. EPILIVS. M. F	L. HEIOLEIVS P. F
C. ANTRACIVS C. F	C. TVCCIVS. C. F
L. SEMPRONIVS L. F	Q. VIBIVS. M. F
P. CICEREIVS. C. F	M. VALERIVS L. F

HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS (sic)
IOVIAE. MVRVM. AEDIFICANDVM
COIRAVERVNT. PED. CCLXX. ET
LOIDOS. FECERVNT SER.
SVLPICIO. M. AVRELIO. COS

(a. u. c. 648. Sic in similibus a. u. c. 648—650: CERRRVS. et LOEDOS. (sic). Praeterea in secunda memoratur A. GARGONIVS. quam gentem olim apud Ciceronem et Horatium corruperant in *Gorgonius*, et in tertia P. PACTVMEIVS., pro quo nomine etiamnunc nonnulli in Horati Epod. 17, 50. volunt vocabulum nimis comicum *partumeius*. Tres consules *Pactumeios* collegit Cardinalius in *Diplomi - - militari* p. 190.

Pag. 25. Ex inscr. Aponi reperta: *A. A. C.* (sic) *Cluentius C. F. Romul. Proculus Atesti aedilis II. vir. quaestor aerarI. bis. pontifex V. S.* colligit veram scripturam huius tribus fuisse *Romulia*, ut est apud Festum, non *Romilia*, nec (addo ego) *Romulea* ut edidit Zumpt in Cic. Verr. p. 69.

IBID.

C. LARTIVS. C. L
FELIX
vI. V. S. L. M

Et ipse et Borghesius ab eo consultus notam illam vI. se interpretari non posse libere fatentur; *vicus* enim in lapide votivo ineptum esse recte viderunt. Quid, si est: *sextum*, (zum sechsten Male, per la sesta volta) *votum solvit libens merito?*

Pag. 29. *a)*

.....S. Q. F. PRO. COS
TERMINOS. FINIS. QVE EX
SENATI. CONSVLTO. STATVI
IOVSIT. INTER. ATESTINOS
ET PATAVINOS

b)

L. CAEICILIVS. (*sic*) Q. F. PR
O. COS. TERMINOS
FINISQVE. EX. SENATI
CONSVLTO. STATVI IVSIT
INTER. ATESTINOS
PATAVINOSQVE

Demonstrat Borghesius referendam esse inscriptionem *a)* ad a. u. c. 613. et *L. Caecilium Q. F.* in ea memoratum esse L. Caecilium Metellum Calvum cos. a. u. c. 612. Aliquanto posterior est altera eiusdem in eodem lapide repetitio *b)*, ubi notabis mutatam scripturam *IVSIT*, pro antiquiore *IOVSIT*, et variationem particularum ET. QVE., quae illi, qui priorem repetendam curavit, sane synonymae videbantur.

Pag. 59.

VIA PRIVA
TA. C. Q. LAR
GIS. L. F. ET. C.
OLI. SALVI.
ITER. DEBET
VR. FVNDO
ENIANO. ET

Via privata. Caio, Quinto Largiis Lucii filiis et C. Olio Salvio iter debetur fundo Eniano et . . .

Pag. 69. Correctiorem quam ego N. 3926. potui dare ex Muratorio, ex αὐτοψίᾳ dat hanc:

T. ARETIVS. T. C. L. L
APIOLVS. IIIIII. VIR
IDEM. AVGVSTALIS
SIBI. ET
ARETIAE. MODES
TAE. LIB. SVAE. ET
T. ARETIO. PROCVLO
SPVRIO. MODESTAE
LIB. FIL
V. F
H. L. S. H. N. S.

Titi, Caii, Lucii libertus - - Vivus Fecit; Hic Locus Sepulturae Heredem Non Sequitur.

Pag. 81. Vicetiae:

L S
L. TVRBANI. L. F
VALENTIS
INF. P. XXX. RET. P. LX
CIRCVMITVS. MACE
RIAE SESQVIPEDES

Pag. 91. correctius quam apud Grut. p. 568. 2.

A. VETVRIO. A. F. PATRI
PETRONIAI. A. F. TANNIAI. MATRI
TERENTIAI. T. F. SECVNDAI. VXORI
C. VETVRIVS. A. F. LEG. V. VRB
TESTAMENTO. FIERI IV....

Est ex Augusti aetate post pugnam, ut videtur, Actiacam; et notabilis partim propter formas in AI, partim propter *Legionem quintam urbanam.*

Pag. 101. correctius quam apud Murat. p. 818. 3.

L. CALTIVS
SEX. F. ROM
LEG. XII. SIGINI FER (sic ex quadratarii errore pro *signifer.*)

Pag. 111:

OSSA
L. TALPONIO. C. F
ANN. XIIX. ET
L. TALPONIO. C. F. C. N
FIRMO. MENISER
XIIII.

Mirum quadratarii errorem *MENISER* recte explicavit Borghesius: *MENS. I. DIER. XIIII.*

Pag. 114:

D. M
CRISPINILLAE
FILIAE. DEF. ANN. III I
INNVPTAE INFELIC I
CRISPINVS ALVMN E
ET. FORTVNAT MATE R
ANTICIPATE AETATIS
INFELI. PO.......

Pag. 140:

OCTAVIAE. T. F
SECVNDAE
T. LIVIVS. C. F
POSIT

Museo Obiciano al Catajo. Memorabilis vel propter T. Livii nomen in illo tractu Patavino post historicum conservatum et propter formam alibi quoque repertam *posit*, *posuit*.

2. Alius liber a Gervasio V. Cl. mihi dono missus inscribitur: *Sopra una iscrizione Sipontina osservazioni di Agostino Gervasio accademico Ercolanese. Napoli, Saverio Giordano* 1837. 4°.

Inscriptio ipsa haec est:

DMS
LIBERALIS COL
COL SIP SER ARCKAR *(sic)*
QVI ET ANTE EGIT RATIONEM
ALIMENTARIAM SVB CVRA
PRAEFECTOR ANNIS XXXII
VIVOS SIBI FICERAT *(sic)* DEDIT AVGVRINO
REIP SER VERNAE MESORI FILIO SVO KARISSIMO
QVI VIX ANN. XXIII M VI D X

— *Colonorum Coloniae Sipontinae Servus Arcarius* - - *Rei publicae Servo Vernae Mensori.*

Pag. 14. correctius quam est apud Reinesium pag. 429. dedit lapidem Neapolitanum, in quo *magistri*, *ἄρχοντες* illius urbis memorantur:

D. M.
MARCIAE MELISSAE
CONIVGI INCOMPA
RABILI. FELIX. ARK
REIP. NEAPOLITANORVM
L. D. EX. PER. MAGIST.
ET. MARTIVS. FELIX. MATRI B. M. P

Pag. 15. Cigoli in Sabinis:

PRO. SALVTE. ORDINIS. ET. POPVLI. SIGNA
SERAPIS. ET. ISIDIS. CVM ERGASTERIIS. SVIS
ET AEDICVLAM. IN SCHOLAM. PERMIT
TENTE. ORDINE
APRONIANVS. R. AEQVICVL. SER. ARK
CVM AEQVICVLA. BASILLA. ET. AEQVI
CVLO. APRONIANO. FIL. PEC. SVA. FECIT
L. D. D. D.

Pag. 25. Correctius quam apud Grut. 418, 6. et Inscr. m. Lat. N. 3720:

C. HERRATIO. MAE. ROMANO
DEMARCHISANTI. II. ALI
MENTORVM. QVAEST. CVR
SACRAE. PECVN. CVR. II. FRVM
COMPAR. SE VIVO FECIT
QVI. OB. PROMISSAM. VENAT. PHRETIS
DIVISIT. QVINA. MIL. NVM

Demarchisanti, δημαρχήσαντι, **nunc primum prodit.**

Pag. [illegible]. Desunt nella Provincia di Capitanata:

GEORGIAE
CONSERVAE
V MARSVA. PONDER
V EPAPHRA. SALTVAR
V CONIVGES FECER
V EPAPHRIONI. PONDER
V ORINE' DELPHIDI
V
FILIIS
V CLAVD. ARIADINE *(sic)* CLAVD
V HELPIDI. FILIAE

Hinc primum prodit voc. *ponderarius*, „qui pondera (et trutinas?) conficit."

Pag. 56. Decretum Herculanense correctius quam apud Reinesium p. 484. et Rosini in *Dissertazione isagogica ai Papiri Ercolanesi* p. 54.

Vers. 1. Pridie Kal. Martias in curia adfuerunt cuncti. 2. Quod verba facta sunt M. M. Remmios Rufos patr. et fil. II. Vir. iter. ex sua pequunia 3. pondera et chalcidicum et scholam secundum municipii splendorem fecisse. quae tueri 4. publice deceret. D. E. R. I. C. placere huic ordini. quum *(sic)* M. M. Remmii patr. et fil. II. Vir. 5. iter. in edendis muneribus adeo liberales fuerint ut 6. eorum monumenta decori municipio sint. adeo diligentes ut viteis [1]) ponderum occurrerint 7. id. que *(sic)* in perpetuum providerint. 8. Placere decurionibus M. M. Remmios Rufos patr. et fil. dum eei veiverent. eorum 9. ponderum et scholae et chalcidi(ci). quae ipsi fecissent. procurationem dari. ut que servos [2]) 10. quei redemptus erit. eei negotio praeponerent. neque inde abduci sine 11. Decur. decreto. M. M. Remmiis Rufis patr. et fil. publice gratias agei. quod 12. iterationi honori [3]) eorum non ambitionei neque iactationi suae dederint. sed 13. in cultum municip. et decorem contulerint.

[1]) l. *vitieis.* [2]) l. *servom.* [3]) l. notante iam Giordano: *iterationem honoris.*

3. *Diplomi imperiali di privilegj accordati ai militari raccolti e comentati da Clemente Cardinali.* Velletri, Domenico Ercole 1835. 4°.

Horum diplomatum nota nunc sunt XXXII. (v. p. 326.); quorum XXX. collegit atque egregie illustravit Cardinalius. Ex inscriptionibus antea vel nondum editis vel per varia opuscula et diaria Italica sparsis, quas multis locis inseruit (omnes sunt DCXXXVIII.) in Appendicem Inscriptionum mearum selectarum has in primis recipiendas esse duco:

Pag. 22. C. GARGILIVS. HAEMON. PROCVLI || PHILAGRI. DIVI. AVG. L. AGRIPPIAN. F || PAEDAGOGVS. IDEM. L || PIVS. ET. SANCTVS || VIXI. QVAM. DIV.

POTVI. SINE. LITE || SINE. RIXA. SINE. CONTROVERSIA || SINE. AERE. ALIENO. AMICIS. FIDEM || BONAM. PRAESTITI. PECVLIO || PAVPER. ANIMO. DIVITISSIMVS || BENE. VALEAT. IS. QVI. HOC. TITVLVM || PERLEGIT. MEVM — Reperta a. 1821. in columbario prope Ecclesiam S. Agnetis. Nota formas *divitissimus*, qua usus est etiam Cicero, et *hoc titulum*, ex alia Inscr. apud Fabrettum p. 8, 47. a Furlanetto iam Forcellini Lexico insertam. Ceterum propter totum genus dicendi, in quo facile honesti paedagogi ingenium agnoscas, est ex iis, quae si unice ex Schedis, puta, Ligorianis aut similibus innotuisset, facile pro subditicia haberetur, etsi prorsus sincera est. Idem valet de hac:

Pag. 34. DIS. MANIBVS. MAEVIAE. SOPHES || C. MAENIVS. CIMBER. CONIVGI. SANCTISSIMAE || ET. CONSERVATRICI. DESIDERIO. SPIRITVS. MEI || QVAE VIXIT. MECVM. AN. XIIX. MENSES. III. DIES. XIII. || QVOD. VIXI. CVM. EA. SINE. QVERELLA || NAM. NVNC. QVEROR. APVT. MANES. EIVS. ET. FLAGITO || DITEM. AVT. ET. ME. REDDITE. CONIVGI. MEAE. QVAE || MECVM. VIXIT. TAN. *(sic)* CONCORDE. AD. FATALEM. DIEM || MEVIA. SOPHE. IMPETRA. SIQVAE. SVNT. MANES. NI *(sic)* || TAM SCELESTVM. DISSIDIVM. EXPERISCAR. DIVTIVS || HOSPES. ITA. POST. OBITVM. SIT. TIBE *(sic)*. TERRA. LEVIS. VT. TV || HIC. NIHIL. LAESERIS. AVT. SIQVIS. LAESERIT. NEC. SVPERIS || COMPROBETVR. NEC. INFERI. RECIPIANT. ET. SIT. EI. TERRA. GRAVIS. — Amendolae.

Pag. 46. VEDIOVEI. PATREI || GENTEILES. IVLIEI || LEGE. ALBAANA. DICATA. — Bovillis.

Pag. 59. D. M. || L. VALERIVS. L. F. FYRMVS || SACERDOS. ISIDIS. OSTIENS || ET. M. D. TRASTIB. FECIT. SIBI. — Ostiae. Explica: *Et Matris Deum Trastiberinae.*

Pag. 90. T. CLODIO. M. F. FAL || EPRIO. MARCELLO || COS. II. AVGVRI || CVRIONI. MAXIMO || SODALI. AVGVSTALI || PR. PER. PROCOS || ASIAE. III || PROVINCIA CYPROS. — Capuae. Est Eprius ille Marcellus, orator eloquens, sed sceleratus, notissimus ex Tacito. Pertinet ad a. post Chr. LXX.

Pag. 94. L. VIRIVS. AVCTVS || V. A. XXIII || QVOD. TV. MI. DEBEBAS || FACERE. EGO. TIBI || FACIO. MATER. PIA. — Romae.

Ibid. QVOD. A. TE. MIHI. FIERI || CYRILLE || INIQVA. FORTVNA. INVIDET || HOC. EGO. TIBI FECI || MATER. INFELICISSIMA. — Romae.

Pag. 128. NINVS. SACERDOS || PENATIVM || VITALI. VICARIO. VIX A ..

Pag. 136. SABINO. SACER || DEVM. PENAT || VIX. AN. XXXIII || NINVS. FRATRI || BENE MERENTI. Ambae repertae sunt in introitu villae Borghesianae et memorant duos sacerdotes deum Penatium, qualium vix alibi mentio fit.

Pag. 141. IMP. CAESAR. DIVI || NERVAE. F. NERVA || TRAIANVS. AVG. || GERM. DACICVS || PONT. MAX. TR. POT. XIII || IMP. VI. COS. V. P. P. || AQVAM. TRAIANAM || PECVNIA. SVA || IN. VRBEM. PERDVXIT || EMPTIS. LOCIS || PER. LATITVD. P. XXX. — Bracciani.

Pag. 147. Apud Tacit. Hist. 4, 26. edunt *Gugernorum*; 5, 16. Codex Ma. exhibet *Cugernique*; iam diploma militare, in quo scribitur *Cugernorum*, litem dirimit.

Pag. 183. D. M. S || OSSA. MECILLAE. BALBILLAE. LANVVI || SAC. QVAE. IN. AEDIS. IVNONIS || S. M. R || SCVTVLVM. ET. CLYP. ET. HAST. ET. CALC || RITE. NOVAVIT. — Civita Lavinia. Cfr. Cic. de N. D. 1, 29. Explica: *Sospitae Magnae Reginae.*

Pag. 195. Tessera patronatus a. p. Chr. 408., in qua tamen Dii Penates memorantur, reperta Lunae a. 1825., nunc Bononiae asservata:
IELIA || POSTCONSSDDNNARCADIIETONORII || AVG. VALFORTVNATOETAVR || SILVANOQQVERVAFACTASVNT || DECOOPTAN || DOPATRONOFL. SVCCESSO-HORNAT. ETEX || PLENDIDOVIROQVOD T... AFA || MILIARITATEET... *indu*-STRI || ASVASINGVLOSV*ni*BERSOS || QVETVEATVRETOBEATPLA || CETIGI-TVRHVICTABVLAA || AEREINCISVMPERVIROSPRINCIPALIS || OFFVERRIET-APVTPOENATESDOMVS || HVIVSDEDICARICENSVERVNT.

Pag. 325. D. M || POSITVS EST HIC LEBVRNA || MAGISTER MIMARIORVM || QVI. VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS. CENTVM || ALIQVOTIES. MORTVVS || SVM. SET. SIC. NVNQVAM || OPTÒ. VOS. AD. SVPEROS. BENE. VALERE. Pesti.

4. Nuper doctissimus amicus, Ioannes Labus, mihi ex Schedis Romae in Bibliotheca Vallicelliana asservatis has misit:

I.

D. M.
M. VLPIVS. LIBERALIS
NATIONE. HELVETIVS. EQ. SING. T. SILVINI
MIL. ANN. XXV. VIX. ANN. XLVII
*sibi faciundu*M. CVRAVIT. POSTERISQVE. SVIS

2.

Altera est subditicia et plus quam Ligoriana, apta tamen, ut huius generis complures, ad detegendas occultiores fraudes falsariorum:

II.

MATRI. DEVM
XV. VIR. PHOEBI. CORONATVS. SACERDOS
CRESCENS. DIVINVSQVE. LEONTIVS. SAPIENTES. VIRI
ALTER. QVIDEM. AB. ORIENTE. ALTER. VERO. AB. OCCIDENTE
RITVS. SIMVL. PERAGENTES. DEAE. OMNIPARENTE *(sic)* CYBALE *(sic)*
CRIOBOLII. VICTIMAE. ET. TAVROBOLII. OPTIMAE
SANGVINIBVS. SACRIS. ARMA. EREXERE

5. Anno M.DCCC.XXXII. in pago Muri prope Bernam, diverso a monasterio Murensi in Argovia, hae inscriptiones repertae sunt dearum τοπικῶν. In basi:

1.

DEAE ARTIONI
LICINIA SABINILLA

Super hac basi erat sigillum aereum deae sedentis, dextera pateram, sinistra multos flores et fructus in gremio retinentis, Pomonae igitur vel Abundantiae similis.

In basi:

2.

DEAE
NARIAE
REG. ARVRE
CVR. FEROC. L

Explicarunt *Nariae Reginae*, sed probabilior est expositio: *Regio Arure s. Arurae*, ad Aaram fl. sita, ut *NAVTAE AVRVRANCI* memorantur in Inscriptione amphitheatri Aventicensis (Inscr. m. Lat. 365.). Quartus versus sane exponendus: *Curante Feroce liberto*.

Ceterum Dea Naria nota iam erat ex Insc. m. Lat. N. 5001, quam nunc correctiorem exhibere possum:

NARIAE
NOVSANTIAE
T. FRONTIN
HIBERNVS
V. S. L. M

6. Osopo nel Friuli 1826.

VIANAE
CONSERVAE KARAE
GARDINA
SINIS

de quo titulo mirificus antiquarius, Hieronymus Asquinius, hunc libellum conscripsit: *La giardiniera suonatrice* ecc. *Verona, Bisesti* 1830. 4. Vide *Bibl. Ital.* 1830. *Dicembre* p. 360. Equidem explico SINI *(Sinii) Serva*.

INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE TURICENSI

INDE

A DIE XXIII. MENSIS APRILIS

USQUE

AD DIEM XXV. MENSIS SEPTEMBRIS M. DCCC. XXXVIII.

HABENDARUM.

I. Ordinis Theologorum.

1. *Professorum ordinariorum:*

F. Hitzig, Dr. Theol.

1) Psalmos, habita ratione interpretationis suae Germanicae, Heidelbergae 1835. quinis horis interpretabitur.

2) Exercitationes Vetus Testamentum interpretandi binis horis instituet.

3) Theologiam biblicam Veteris Testamenti ternis horis tradet.

4) Grammaticam sanscriticam binis horis docebit.

E. Elwert, Dr. Theol.

1) Historiae ecclesiasticae priorem partem octonis horis tradet.

2) Dogmaticen specialem quaternis horis docebit.

2. *Professorum extraordinariorum:*

L. Hirzel, Dr. Theol., p. t. Decanus.

1) Viam ac rationem studiorum theologicorum singulis p. h. horis demonstrabit.

2) Introductionem historico-criticam in Novum Testamentum ternis horis tradet.

3) Esaiae alteram partem ternis horis interpretabitur.

A. Schweizer.

1) Pauli Epistolas ad Ephesios, Philippenses atque Colossenses ternis horis explicabit.

2) Catecheticen binis horis docebit.

3) Exercitationes homileticas quaternis horis instituet.

4) Ethicen philosophicam ex Schleiermacheri systemate ternis horis tradet.

F. Fritzsche, Licent. Theol.

1) Archaeologiam ecclesiasticam binis horis docebit.

2) Interpretationem synopticam trium priorum Evangelistarum usque ad passionis historiam binis horis continuabit atque ad finem perducet.

3) Ioannis Evangelium quaternis horis interpretabitur.

4) Exercitationes Novum Testamentum (Epistolas catholicas) interpretandi binis horis instituet.

M. Ulrich.

1) Acta Apostolorum quaternis horis interpretabitur.

2) Vitam Pauli Apostoli binis horis enarrabit.

3. *Privatim docentium:*

I. C. Usteri, Parochus.

1) Epistolam ad Hebraeos binis horis interpretabitur.

2) Patristicam, de Origene, Chrysostomo, Augustino acturus, binis horis tradere perget.

II. Ordinis Iureconsultorum.

1. *Professorum ordinariorum:*

I. C. Bluntschli, Dr., p. t. Decanus.

1) Ius hereditarium Romanum, Blumii Compendio usurus, quaternis horis tradet.

2) Ius privatum Germanicum, Krautii Compendio usurus, octonis horis docebit.

3) Historiam iuris particularis Turicensis binis horis privatissime enarrabit.

L. de Löw, Dr.

1) Introductionem in iurisprudentiae studium, suo Compendio usurus, quaternis horis tradet.

2) Historiam iuris Germanici quaternis horis enarrabit.

3) Speculum iuris Saxonicum ex Homeieri editione binis horis interpretabitur.

4) De statu equitum atque urbium per mediam, quam dicunt, aetatem binis horis disseret.

G. Sell, Dr.

1) Pandectas, Wening-Ingenheimii Compendii editione quinta a Fritzio curata usurus, duodenis horis tradet.

2) Practicum Pandectarum binis horis moderabitur.

2. *Professorum extraordinariorum:*

F. L. Keller, Dr.

1) Historiam et institutiones iuris Romani quaternis horis tradet.

2) Introductionem in iuris Romani fontes binis horis privatissime tradet.

3) Ciceronis scripta, inde ab Oratione pro Roscio comoedo, ex antiquitatibus iuris publici atque privati binis horis illustrabit.

H. Escher, Senator Turicensis.

1) Ius criminale, Feuerbachii Compendio usurus, quaternis horis docebit.

2) Disciplinam reditus publicos administrandi quaternis item horis exponet.

I. B. Sartorius, Dr.

1) Controversias ex iure publico generali binis horis disceptabit.

2) Processum civilem communem, Lindii compendio usurus, quinis horis tradet.

3) Casuisticam, quam dicunt, iuris binis horis privatissime illustrabit.

G. Geib, Dr.

1) Historiam iuris criminalis singulis p. h. horis publice tradet.

2) Ius criminale commune Germanicum, habita semper ratione legum recentiorum, quae maioris sunt momenti, Feuerbachiani Compendii editione duodecima usurus, senis horis docebit.

3) Theoriam processus civilis Francogallici, suis dictatis usurus, binis horis exponet.

3. *Privatim docentium:*

Ios. Schauberg, Dr.

1) Encyclopaediam diciplinarum ad ius atque civitatum formas pertinentium, quomodo ex ipsis iuris et civitatis notionibus exsistant monstraturus, quinis horis tradet.

2) Ius gentium universale atque Europaeum quinis horis docebit.

3) Processum poenalem communem Germanicum et Turicensem quinis horis exponet.

G. Schulz, Dr.

Statum materialem, intellectualem et politicum Helvetiae cum ceterarum Europae rerum publicarum statu comparatum exponet.

III. Ordinis medicorum.

1. *Professorum ordinariorum:*

Fr. Arnold, Dr., p. t. Rector Academiae.

1) Anatomiae hominis specialis partem alteram senis horis docebit.
2) Anatomiam comparativam quinis horis illustrabit.
3) Physiologiam cum foetus anatomia, suo Physiologiae compendio usurus senis horis tradet.

I. L. Schönlein, Dr.

1) Pathologiam et therapiam specialem senis horis docebit.
2) Caput de morbis syphiliticis, adiuncta syphilidoclinice, binis horis privatissime illustrabit.
3) Clinicen medicam senis horis moderabitur.

C. F. de Pommer, Dr.

1) De morbis animi eorumque curatione ternis horis:
2) De morbis mulierum atque infantium itidem ternis horis disseret.
3) Medicinam forensem, adiunctis examinibus, senis horis docebit.

2. *Professorum extraordinariorum:*

H. Locher-Zwingli, Dr., p. t. Decanus.

1) Chirurgiam theoreticam et practicam quaternis horis docebit.
2) Cursum operationum chirurgicarum binis horis aperiet.
3) Clinicen chirurgicam senis horis moderabitur.

I. C. Spöndli, Dr.

1) Artem obstetriciam, adiunctis examinibus, quaternis horis tradet.
2) Exercitationes in phantomate binis horis instituet.
3) Clinicen obstetriciam binis horis moderabitur.

I. Locher-Balber, Dr.

1) Propaedeuticen medicinae, suo Compendio usurus, binis horis tradet
2) Pharmacologiam generalem et specialem, adiunctis examinibus quinis horis docebit.
3) Artem oculis medendi, L. C. Weissii libro, qui inscribitur *die Augenheilkunde*. 1837. usurus, binis horis tradet.
4) Policlinicen binis horis moderabitur.

Guil. Arnold, Dr.

1) Anatomiam pathologicam, habita praecipua ratione physiologiae a diagnostices, suo compendio: *Lehrbuch der pathologischen Physiologie, Zürich* 1836—1837 usurus, quaternis horis docebit.
2) Medicinam forensem quinis horis tradet.

3. *Privatim docentium:*

M. Hodes, Dr., Prosector.

1) Osteologiam ac syndesmologiam binis horis:
2) Anatomiam pathologicam, adiunctis exercitationibus practicis, quaternis horis docebit.

H. Giesker, Dr.

1) Chirurgiam generalem quaternis horis:
2) Chirurgiam specialem (phlogoses ac traumata) quinis horis docebit.
3) Examinatoria et repetitoria de variis disciplinarum medicarum partibus instituet.

L. de Muralt, Dr.

Ophthalmologiam ternis horis tradet.

I. I. Meister, Dr.

Theoriam artis obstetriciae, libro, qui inscribitur: *Nägele's Handbuch der Geburtshülfe für Hebammen. Heidelberg* 1833. usurus, quaternis horis pomeridianis tradet.

IV. Ordinis Philosophorum.

1. *Professorum ordinariorum:*

E. Bobrik, Dr., p. t. Decanus.

1) Logicen, adiunctis varii generis exercitationibus, suo libro usurus, quaternis horis:
2) Psychologiam quaternis horis docebit.
3) Historiam philosophiae antiquae, Tennemanni librum secuturus, quaternis horis tradet.
4) Exercitationes logice disputandi binis horis instituet.

L. Oken, Dr. Med. et Phil.

1) Historiam naturalem senis horis:
2) Physiologiam itidem senis horis docebit.

Th. Mittler, Dr.

1) Historiae universalis partem primam, id est, historiam antiquitatis, praecipue Graeciae et Romae, quinis horis docebit.
2) Repetitorium huiusce Historiae singulis p. h. horis instituet.
3) Historiam civitatum Europaearum, praecipue Germanicarum et Romanensium, per tempora recentiora, quinis horis tradet.
4) Repetitorium huiusce Historiae singulis p. h. horis instituet.

A. Müller, Dr.

1) Mathesin puram, senis horis:

2) Geometriam analyticam vel mechanicen superiorem ternis horis:
3) Geometriam descriptivam atque perspectivam ternis horis:
4) Ratiocinationes vitae quotidianae, addito calculo probabilitatis eiusque applicatione ad negotia, ternis horis docebit.

2. *Professorum extraordinariorum:*

I. C. Orelli, Dr.

1) Virgilii Georgica binis horis:
2) Ciceronis libros de legibus ternis horis interpretabitur.

I. I. Hottinger, Dr.

1) Historiam Helvetiorum generalem a foederis initio usque ad pacem Monasteriensem ternis horis:
2) Historiam Turicensium specialem a primis temporibus usque ad sacra emendata binis horis tradet.

C. I. Löwig, Dr.

1) Chemiam experimentalem anorganicam senis horis docebit.
2) Exercitationes practicas in laboratorio senis horis instituet.

I. G. Baiter, Dr.

1) Aeschinis orationem adversus Ctesiphontem ternis horis interpretabitur.
2) Repetitorium huiusce interpretationis binis horis instituet.

I. R. Schinz, Dr.

1) Historiam naturalem animalium vertebratorum quaternis horis:
2) Anthropologiam quaternis horis tradet.

O. Heer, Dr.

1) Entomologiam binis horis:
2) Botanicen specialem, praecipua ratione habita plantarum officinalium atque Helveticarum, quinis horis docebit.
3) Demonstrationes repetitionesque botanicas binis horis instituet.

I. Fröbel, Dr.

1) Mineralogiam quinis horis docebit.
2) Historiam earum expeditionum, quae disciplinarum causa ad circumnavigandum orbem terrarum susceptae sunt, adiunctis explicationibus generalibus physicis ac geographicis, quaternis horis tradet.

A. Mousson.

1) Physicen specialem, id est, doctrinam magnetismi, electricitatis atque galvanismi ternis horis:
2) Principia meteorologiae binis horis tradet.

3. *Privatim docentium:*

I. B. Raabe, Prof. Gymnasii.

1) Applicationem calculi differentialis atque integralis ad geometriam et mechanicen ternis horis:

2) Calculum differentialem et integralem cum variabilis functionibus item ternis horis tradet.

L. Ettmüller, Dr., Prof. Gymnasii.

1) Poëma epicum, Kutrun ex Ziemanni editione binis horis interpretabitur.

2) Mythologiam Germanicam quaternis horis tradet.

A. G. Winckelmann, Dr., Prof. Gymnasii.

1) Aristophanis Nubes binis horis interpretabitur.

2) Syntaxin Latinam binis item horis exponet.

H. Vögelin, Prof. Scholae polytechnicae.

Historiam recentissimam inde a Friderici magni obitu usque ad annum M. DCCC. XV. quaternis horis tradet.

H. Sauppe, Dr.

1) Historiam eloquentiae Atticae binis horis tradet.

2) Exercitationes Latine et scribendi et loquendi binis item horis instituet.

S. Vögelin, Ephorus stipendiatorum.

1) Sophoclis Philoctetam binis horis:

2) Pindari Carmina selecta binis horis:

3) Platonis Gorgiam binis item horis interpretabitur.

F. Gidoni.

Cursum litterarum Italicarum recentiorum, Italico sermone usurus, ternis horis instituet.

F. de Ehrenberg.

1) Architecturam et urbibus et ruri convenientem quaternis horis:

2) Artem vias muniendi, pontes et aquae ductus construendi quaternis horis tradet.

W. Koller, Dr.

Shakespearii Hamlet et Twelftnight ternis horis interpretabitur.

C. Ott.

Historiam dominationis per Francogalliam annis M. DCCC. XIV. et M. DCCC. XV. immutatae horis postea constituendis enarrabit.

Francogallicae linguae scholas offert I. Zimmermann, Italicae et Hispanicae F. Gidoni, Anglicae Fröbel iunior et Hegner. Artes docebunt: Arma tractandi I. G. Ludwig et Cavallini; Equitandi C. Schnabel et I. C. Ost; Delineandi C. A. Müller. Musicas artes discendi ampla est opportunitas.

PUBLICA DOCTRINAE SUBSIDIA.

Instituto medico-clinico praeest P. Schönlein; chirurgico-clinico P. Locher-Zwingli; maiocomio P. Spöndli; policlinico P. Locher-Balber; museo anatomico P. Arnold. Praesto est apparatus instrumentorum ad physicam et mineralogiam pertinentium et museum zoologicum, neque deest hortus botanicus. Seminarii philologico-paedagogici exercitationes moderabitur Dr. Winckelmann.

Bibliotheca rei publicae Turicensis, bibliotheca civium Turicensium, bibliotheca naturae scrutatorum, bibliotheca societatis medicorum, bibliotheca societatis iureconsultorum publicis usibus ita patent, uti singularum leges atque instituta concedunt.
